AMMONII HERMEAE COMMENTARIA IN QUINQUE VOCES PORPHYRII CUM...

Ammonius : Hermiae, Porphyrius

9-6-E-21


AMMONII HERMEAE

COMMENTARIA IN QVINQVE

Voces Porphyrii cum Græco exemplari recens collata. Locis pluribus reſtitutis, ac reſectis omnibus iis, quæ ſuperflua in aliis latinis Codicibus legebantur.

Quibus inſeruimus textum ipſius Porphyrii, ad ueram lectionem Græcam nuper recognitum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBL. SOC. IESV. COLL. ROM. IHS

VENETIIS. M. D. XXXIX.

AMMONII HERMAE EXPOSITIO
IN QVINQVE VOCES PORPHYRII.

POST quas propoſitũ nobis eſt, vt de philoſophię principijs dicere incipiamus: neceſſariũ quidẽ videt̃, vt cognoſcamus quid ſit phia. Oportet enim quẽq̃ cuiuſlibet inſtitutionis principia ſuſcepturum, edoceri prius quid ſit id qđ cõſeq ſtudeat, ita nanque fiet & ad audiendũ apparatior, & ad proſequendũ multo diligentior. Verum id quidem non niſi ex diffinitionibus. Qui autẽ fieri hoc poterit, vt ex diffinitionibus rem vllã percipiamus, ſi qđ diffinitio ipſa prius ſit nõ intelligat̃. ¶ Diffinitio igitur eſt oratio, quę eius ipſius qđ diffinit̃ naturam breuiſſime oſtendit. Dicta autẽ eſt per tranſlationẽ ab agrorũ finibus. nam quẽadmodum illi proprietates determinant, diſtinguũtq̃ ab alienis noſtra. Sic & diffinitiones rem ipſam cõplectunt̃, atq̃ ab aliarum confinio diſiunctam eſſe faciunt. De phię igitur diffinitione a nobis hoc loco dicendũ. etenim ſi quã pueri grãmaticę inſtitutionibus traditi ſumus, ab eius diffinitione cępimus hoc modo. Grãmatica eſt peritia earum rerũ quę a poetis atq̃ hiſtoricis cõſcribuntur. Itẽq̃ ſi quũ ad oratoriã acceſſimus, ex diffinitione eam eſſe didicimus vim artificioſã probabilis orationis in cauſis ciuilibus, cuius finis benedicere. Quanto id magis facere debebimus nunc in phia, vnde omniũ & artium & ſcientiarũ diffinitiones ſuſcipiuntur.

Diffinitio.

Grãmatica.

Rhetorica.

OMNIS quidẽ ſcientia & ars ſubiectum habet ac finem. Subiectum eſt id circa qđ verſatur. Finis vero id ad qđ reſpicitur, & cuius gratia cętera fiũt. Exempli cauſa. Medicus medicinę ſcientię ſubiectũ hꝫ corpora humana, q2 circa ea tm̃ verſatur, finem vero ſanare, quia ad id ſolum reſpicit. Similiter quoq̃ & faber tectonicę ſuę artis ſubiectum habet ligna, finem vero abacũ facere. Quapropter diffinitiones omnes vel ex ſubiecto ſuſcipiũtur, vel ex fine, vel ab vtroq̃ ſimul. Ex ſubiecto, vt quum dicimus, medicinam eſſe artem quę circa humana corpora verſatur. Ex fine vt quũ dixerimus, eã eſſe ſanitatis effectiuã. Ex vtroq̃ autẽ ſimul ſic, medicina eſt ars, quę circa humana corpora verſatur, ſanitatis effectiua. ¶ Simili modo & aſtronomia ſubiectum hꝫ cęleſtia corpora. finem vero cognoſcere motus aſtrorum. Quęramus ergo quid ſubijciat̃, & qui ſit finis philoſophię, atq̃ ita facile eius ipſius diffinitionẽ aſſignabimus. ¶ Sciendũ eſt autẽ qđ quum cęterę omnes ſciẽtię atq̃ artes circa particularia quędam exiſtant, vt tectonicę fabrilis circa ligna ſolum. Medicina circa ſolũ humana corpora. Aſtronomia circa ſolum cęleſtia. Sola phia circa res omnes verſatur. cuius quidẽ finis cognoſcere, non autem facere. Suſcipiuntur itaq̃ philoſophię diffinitiones multę. Multi enim multis modis eã diffinierunt, at ne importunã in pręſentia nõnullorũ deteſtemur ambitionem, qui per multas ac prope infinitas vnius alicuius rei diffinitiones percurrendo euagari late ſolent, dũ multa intelligendo nihil intelligũt. Sufficiet nobis quinque vel paulo plures philoſophię diffinitiones adducere. Duę quidẽ erunt ex ſubiecto. Totidem ex fine. Vna rurſus per excellentiã. Altera ex vi nominis, quã ethymologiam accepto vocabulo ſiue veriloquium vocant. Sit autẽ prima philoſophię diffinitio hęc. ¶ Philoſophia eſt cognitio rerũ vti res ſunt, hoc eſt quatenus earum eſſentia conſiderat̃. Non enim Phõ propoſitum eſt. omnis qui in mundo ſunt homines ſcire ad vnum debere, ſed hominis tm̃ quę ſit natura. Naturas quidem atq̃ exiſtentias duntaxat rerũ Phs cõtemplatur. ¶ Plato autẽ ipſe philoſophiã diffiniuit ſic. Philoſophia eſt diuinarum & humanarũ rerũ cognitio: ſed certe manifeſtum, eandem eſſe hanc cũ ſuperiori diffinitione, ac nihil inter ſe differre niſi cognito, ac minus cognito, hoc eſt his rebus quę a nobis cerni tangique poſſunt, vt Ciceronis verbis vtar, & his quę nec cerni nec tangi poſſunt, ſolo tamen animo atq̃ intellectu concipiuntur. Diuidens enim Plato res, q̃ ſempiternę eſſent dixit diuinas, quę generationẽ vero corruptionẽq̃ paterentur, vocauit humanas. Vtraq̃ igitur diffinitio tradita eſt ex ſubiecto, atq̃ inter ſe (vt dictũ eſt) non differũt, niſi cognito ac minus cognito. ¶ Ex fine autem hoc modo, philoſophia eſt dei ſimilitudo quo ad eius fieri ab homine poterit, quemadmodũ & Plato diffiniuit in Theeteto. Nam quũ duplicẽ deus habeat actionem, notionis alteram, qua cuncta cognoſcit. vti eſt apud Poetas. Deus deus omnia nouit. Alteram prouidentię, qua mundũ & quę in mundo ſunt inferiora hęc ipſa regit atq̃ adminiſtrat, qđ poetę ſignificant, dij datores bonorum. Vtriq̃ ſeſe Phs deo q̃ ſimillimũ efficiet. Erit enim & rerũ cognitor, quãdo omnia in ſuam cõtemplationem adduxerit. Et procurator rectorq̃ inferiorũ, quando ciuilis, id quem πολιτικὸν gręci vocant leges conſtituerit, quibus quę bona ſunt permittãtur, quę mala prohibeantur. Iure igitur dictũ eſt phiam eſſe dei ſimilitudinem, illud autem [Quo ad eius fieri ab homine poterit.] pulchre adiectũ eſt diffinitioni. Quippe vt pręclare eſt apud Homerũ. Haud ſimile humanię genus imortale deorum. Quorũ enĩ cunq̃ ſunt diuerſę ſubſtantię diuerſi eorũdem ſunt & fines, qđ ipſum in cęteris quoq̃ animalibus manifeſtũ, in homine. vꝫ. atq̃ equo, quorũ qꝫ differentes ſubſtantię, differentes ſunt & fines. Hominis quidẽ finis eſt cũ ratione ac prudẽtia viuere. equi vero velociter currere, belliſq̃ idoneũ eſſe: quinimo in his quę ratione carẽt brutis animalibus nũq̃ differre videremus fines, niſi & ſubſtantias. Alius quidẽ in cane finis, alius in boue, alius in equo, qđ ſi in his, quanto id erit magis in hoĩe ac deo, quorũ tam diuerſiſſimę ſubſtantię. Pulchre igitur adiectum diffinitioni illud, quo ad eius fieri ab homine poterit. Erit ergo philoſophia, quatenus homini licebit. Diuinę cognitionis ac prouidentię ſimilitudo. Quam vero ob cauſã Philoſophus duxerit ita diffiniẽdam philoſophiam deinceps videamus. Poſtq̃ vt dictum eſt duplices ſunt dei actiones. Cognitiuę alterę, alterę actiuę, totidem quoq̃ erunt ex eius imitatione & noſtrarum animarũ, contẽplatiuę ac practicę, quibus

Quid ſubm & quę finis.

Medicinę ſubm.

Aſtronomię ſubm.

Finis phię ẽ cognoſcẽ nõ facere.

Prima phię diffinitio.

Diffõ phię a Platone tradita.

Alcinous Platonicus in lib. de doctri Platonis cap. p° ſic ait. ſcipuarũ Platonis inſtitutionum doctrina h tradit. phia ẽ appetitio ſapientię: vel ſolutio animę a corpore: conuerſio quędã ad ea quę vera ſunt atq̃ diuina, ſapiẽtia ẽ diuinarũ humanarũq̃ rerũ ſcia. phs dicitur a phia cognomẽ accipiẽs: quẽadmodũ a muſica muſicus. admonens q2 veri phi ibi videas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ſuam quum exerceat Philoſophus animam, dum vel rerum omnium naturam quo modo ſe habeat perſcrutatur, vel paſſiuas animę potentias cum diuinarum rerum contemplatione coniungens ſupra hominem attollitur. Iure quidẽ Plato, dei ſimilitudinem eſſe philoſophiam diffiniuit. Eſt autez ⁊ alia philoſophię diffinitio ex fine ſic. Philoſophia eſt mortis meditatio. Sed age videamus quẽadmodum ſint Phi de morte meditaturi, quoue pacto eam ipſam mortis meditationez intelligi a nobis oporteat. Ne qd ſimile fortaſſe accidat, quod olim adoleſcenti Cleombroto: is enim quuz Platonico phędoni ſtudioſe operam dediſſet, didiciſſetqꝫ oportere Philoſophum mortem meditari, altiſſimo ſe ſe ſtatim muro pręcipitem dedit. In quem tale fertur Epigramma.

[illegible] homines poſſe.

Vita Vale, muro pręceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens Ambraciota puer,
Nullum in morte malum credens, ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Ex ignorantia igit̃ id ita accidit adoleſcentulo. Conſiderandum ei ſiquidem fuerat, quẽadmodum ea ipſa mortis meditatio intelligenda eſſet, quum pręſertim ipſe nos Plato apertiſſime admoneat, non debere ſibi ipſi hominem manus inferre, in ſecunda quidem pagina his verbis. Ille igit̃ qui in archanis haberi de hiſce rebus ſolet ſermo. Homines veluti in quadam cuſtodia eſſe, neqꝫ eam refugere, neqꝫ inde ſe abducere oportere, magnus quidaz mihi certe apparet, neqꝫ ſat cognitu facilis. Phas autẽ ideo non eſt, quẽquã ſibi mortem conſciſcere, qꝛ quemadmodum qui publica in cuſtodia reus tenetur, ſi quo modo carceribus effractis effugere tentarit, oẽs quęnię ſunt leges in ſe commerict. Ita ⁊ qui corporis vinculum diuina prouidentia colligatũ ſoluere feſtinarit, omnem ſui opificis iram in ſe digniſſime concitabit. Hęc ita ſane ſint. Quomodo autem mortis meditationem philoſophiam eſſe dicemus? Sciendum qd quuz homo ex anima ⁊ corpore componatur, vti cõpoſitio eius duplex, ita ⁊ ſolutio duplex. Nam quũ quodam ſit naturale vinculum per qd animę corpus coniũgitur, vitam ab ea capiens, quoddam voluntarium per qd anima inhęret corpori, obediens, ſeruiens, ab eo dominata, Duplex quoqꝫ erit ⁊ ſolutio. Altera corporis ab anima, altera animę a corpore. Et mors itẽ duplex. Altera quidez naturalis qua cũcti homines moriunt̃, quum corpus diſſeparatur ab anima. Altera ꝟo voluntaria. Quum. vz. Phi animam a corpore contẽplando diſiungunt. Dicuntur igitur debere mortẽ meditari, id eſt ſeparãdo animã a corporeis rebus, diuinę tantũmodo contẽplationi intentos eſſe oportere. Sciendũ autẽ non omnino quuz corpus ſeparat̃ ab anima, ⁊ animam ſeparari a corpore. Ita nãqꝫ corporum amatrices ſunt animę, vt poſt mortem, adhuc tamẽ eodem amore teneant̃. Atqꝫ ob eam cauſam fieri autumant, quę circa mortuorum tumulos videri ſolent, vmbrarum apparitiones. Verũ neqꝫ quum anima ſeparat̃ a corpore, corpus omnino ſeparabitur ab anima. Phi eniz etſi per nimiã contẽplationez vehementius ſeſe a corporibus auocẽt, viuunt tamẽ, nec prorſus cõmoriuntur. Erit ergo phia (vt ſuperius dictuz eſt) mortis meditatio, hoc eſt meditatio ſeparationis animę a corpore. Quęrere autez haud indigne quiſpiã poterit hoc loco. Si phię finis eſt omnium rerum cognitio. Cur ergo diffinitionẽ illam, Phia eſt cognitio rerum vti res ſunt, ⁊ rurſus illaz, Philoſophia eſt diuinarum humanarũqꝫ rerũ cognitio, ex

Verba Platonis.

Duplex cõpoſitio cũ corpe. Duplex ſolutio aĩe a corpe. Duplex mors

Dubitatio.

ſubiecto dixerimus eſſe, non autẽ ex fine? quẽadmoduz enim medicinę ſciam dum circa humana corpora verſat̃, ex ſubiecto, dum ꝟo ſanitatis eſt effectiua, ex fine diffiniri diximus. Sic ⁊ in phia fuerat dicendum, cuius ſi finis eſt rerũ cognitio, oẽs quidem ſuperius traditas diffinitiones ex fine, non autẽ ex ſubiecto eſſe dici oportebat. Sciendũ qd quum phię tũ duę ſint (vt dictuz eſt) partes. Altera qdez cõtẽplatiua, altera actiua. Duo quoqꝫ erunt eius ⁊ fines, qñ enim dicimus, phiam mortis eſſe meditationẽ, ex actiuo eam fine diffinimus, qñ autez rerũ vti res ſunt eſſe cognitionẽ ex contẽplatiuo. At ꝟo quum diximus, eſſe eaz dei ſimilitudinẽ quoad eius fieri ab homine poterit, ex ambobus. Medicinę autem ſcia, qm mixta eſt, qñ ex contẽplatiua ſpecie diffinitur circa humana corpora verſari dicimus, ⁊ nõ irrationabiliter, ex ſubiecto talez eſſe diffinitionẽ affirmabimus. qñ autẽ ex eo, cuius gratia fit contẽplatio, ſanitatis dicet̃ effectiua, atqꝫ ex fine traditã diffinitionez conſuebimur. philoſophia ꝟo quũ ſolaz contẽplatiuã ſpeciem habeat, ꝓpter id enim ſolũ fit vt res cognoſcãtur, non quidẽ ex ſubiecto aliam, aliaz ex fine ſuſcipiet diffinitionẽ. Cognitio eniz omnis certę alicuius rei eſt cognitio. Et qm cognitio ⁊ certę alicuius rei cognitio ſimul vna ⁊ intelligunt̃ ⁊ comprehendũtur, ſiue ex ſubiecto eam diffinitionẽ eſſe quis dixerit, ſiue ex fine non aberrabit. rectius autẽ ſi ex ambobus. Sed age ad aliarũ diſtinctionẽ, eius. vz. quę dicit eſſe dei ſimilitudinez, ⁊ eius quę mortis voluit eſſe meditationez. ex ſubiecto reliquas diffinitiones nuncupabimus. Eſt itez ⁊ alia phię diffinitio Ariſtotelica per excellentiã hoc modo. Phia eſt ars artium ⁊ ſcientia ſcientiarum, intelligebat nimirũ Ariſtoteles earum omniũ cognitionem ad ipſaz phiam referri quodãmodo poſſe ſic, Cognitionũ alię quidẽ cohęrẽt artibus, alię ꝟo ſcientijs. Artes autem ⁊ ſcię oẽs nihil inter ſe differunt ſermocinatione, quę in oibꝰ ſemp eſt eadẽ ac nunqꝫ imutat̃, ſed mã. Enimuero ſcię circa ea verſant̃, quę ſemper eodez modo ſeſe hñt, vt aſtronomia, geometria, ⁊ arithmetica. Artes ꝟo circa ea quę potiſſimũ ⁊ variari ⁊ trãſmutari ſolent, vt ſarcinatoria, fabrilis, ſutoria, ⁊ cęterę oẽs cerdonicę. ac geometrię quidẽ ſermocinationes immutabiles ſic. In oĩ circulo a centro ad circũferentiã interualla ęqualiter diſtare, id enim eodẽ modo ſemper erit, ac nunqꝫ aliter habebit. Medicinę ꝟo artis diuerſę, vt quum dicitur, Cõtraria cõtrarijs ſanant̃, ꝓpterea qd non circa idem ſemper exiſtit, primum quidẽ qꝛ non oẽs morbi mederi poſſunt, quid enim ſi pernitioſa foret peſtis, num medicorum quiſqꝫ curaturus accederet? Deinde qꝛ non ſemper ꝯria morbis adhibẽtur, ſed ſępe ẽt ſimilia. Plerũqꝫ enim frigidus humor infuſus his qui nuper morbo cõualuerant, debilitatuz iam ac pene diſceſſum febris ardorem reuocauit. Omnibus quidem ſcientijs ⁊ artibus phia principium dedit, generaleſqꝫ ſermocinationes. Phorum enim eſt generaliter res oẽs inueſtigare. Ac geometrię quidem ſermocinationes a phia ſumpſę. Suſcipit eniz geometer punctum indiuiduũ, ac magnitudinem diuidit in infinitũ. Hiſqꝫ ſuis principijs vtitur in demonſtrando. At ꝟo Phus ea ipſa demonſtrabit ſic. Omne terminans terminato minus eſt vna dimenſione. Corpus enim tripliciter in longitudinem, latitudinem, ac ꝓfunditatẽ diuiſum, terminat̃ a ſuperficie. Superficies in longitudinẽ ac latitudinẽ ſolum, terminat̃ a linea. Linea in ſolam longitudinez terminat̃ a pũcto. Punctus ꝟo indiuiſus nullaz amplius habebit dimenſionem,

Solutio.

Diffõ phię ab Ar. tradita cęteris melior.

Geometria qd a pho ſumat.

ſionē. Omne igiť qȯ aliud terminat minus eſt ꝙ̄ termi natū vna dimenſione. ℂ Quod aūt ⁊ omnis magnitu do in infinitū vſq̧ ſecari poſſit. Demonſtrabit Pħs ſic. Sectio omnis fit per puncta. Puncta aūt neq̧ perficiūt neq̧ componunt corpus. Corpus igiť per puncta diui ſum, Poſtq̄ nihil pter magnitudinem quātitatis per ſe ctionem a corporibus amouetur. Tres habebit dimē ſiones. Conſtat igiť nihil obſtare, quo minus corpora in infinitum vſq̧ ſecari poſſint. Neq̧ vō ſi ob innatam nobis imbecillitatē, videať id omnino fieri non poſſe minus tñ id ipſum ſic erit. ℂ Medicina quoq̧ ipſa plu rimum dʒ phīę. Nam quum didiciſſent a pħis medici. *Medicina ab unde ſumit.* Quatuor prorſus eſſe in omni generatione corpoꝝ ele menta, neq̧ plura, neq̧ pauciora. Continuo intellexe runt totidē ingenerari humores, atq̧ ab illis hos ꝓpor tionabiliter deriuari. Rhetoricen quoq̧ iccirco a pħia depēdere dicemus. Quoniā pro inductione ac. ratioci natione quibus potiſſimū dialectici vtuntur. Exēplum ab oratoribus ſumptum eſt ⁊ enthymema. Quēadmo dum enim ratiocinatio quę ⁊ accepto vocabulo ſyllo giſmus dī vera eſt, quum afferat ex ſe neceſſitatem. Ita ⁊ enthymema quoq̧ verum affert. ℂ Syllogiſmus au tem eſt ſermo in quo poſitis quibuſdā, aliud quid, quā *Quid ſyllogiſmus vel rõcinatio,* quę poſita ſunt, neceſſario accidit euenire, hoc modo. Quod ex ſeipſo per ſe moueť, imortale. Anima ex ſe moueť. Anima igitur immortalis. Enthymema vō eſt qȯ vna tñ ꝓpoſitione ſuperať a ſyllogiſmo, ſic. Si ani ma ex ſeipſa moueť. Quis eſt qui eam confitebitur eſſe mortalē? Item. Si qȯ cuncti expetunt, id demum eſt bo nuʒ, cur tu pecuniā habere, iudicas eſſe malū. Simili ēt modo correſpōdebit inductioni exemplūʒ. Nam ſicuti inductio probationis decenteʒ quandam probationis rationē habet, non ſemper tamē veram, ita ⁊ exemplū. Inductio aūt eſt ſermo, qui vel a particularibus ad vni uerſalia fidem facit hoc pacto. Rhetorica ⁊ legum ſan ctio ⁊ talis ac talis cum artes exiſtant, vitę ſunt vtiles. Medicina igitur cum ipſa quoq̧ ſit ars eſt vtilis vitę. Exemplum autē a particularibus ad particularia fideʒ arrogat atq̧ inde argumenta deſumit. De topicis eniʒ Ariſtoteles in logica diſſeruit ac deniq̧ rhetoricas ar tes pertractauit. Patet igiť rhetoricem a pħia ſumpſiſſe principiū, etenim ⁊ Ariſt. plures de ea libros ꝯſcripſit. pręterea orator iuſto vtili ⁊ bono vtiť, q̄ꝙ̄ neſciat q̄ñ aut vbi reperiant, ſunt eniʒ qui putent iuſtum cōſiſtere in vtili, ⁊ cōtra qui vtile dicant ineſſe iuſto. Sunt ⁊ qui ea diſtinguant cōtrariaq̧ eſſe faciāt, quę nō niſi a Pħis definiri poſſunt. Grāmatica quoq̧ ad pħiam refertur. *Grāmatica,* Nam q̧ circa tonos ⁊ tēpora verſať. Pertinebit ad mu ſicen, muſice autē vt paulo poſt dicetur, pars eſt phīę, ſʒ iam nō modo rōnales ſcīę, verū etiā hę quę mechanicę vocanť artes, oēs quideʒ ſubijciunť phīę. Architectus enim quū perpendiculo vtatur ad diſcernēdū ſit necne rectus paries, cognoſcit quod ſit perpendiculum, neq̧ quicquaʒ aliud. Pħs vō eius rei cauſam reddens dicet. Omnia grauia ſuapte natura ad centrū tendere. Ad re ctāgulos vndecūq̧ lapſu deferri. Rectangulos autem nunq̄ aliquo declinare. Simili etiā modo ⁊ faber ad li gnorum rectitudinem rubrica vtitur, ſed quę ſit rectitu dinis natura prorſus ignorat. Geometer vō phīę addi ctus, dicet, rectitudineʒ eam eſſe, quę ex ęqualibus inter ſe ſit ſignis cōſtituta. Poſſemus autem ſcientias ⁊ artes quę a pħia deductę fuerint, q̄ plurimas inuenire, ſʒ hęc ſatis. ℂ Poſtremo autē ex vi nominis diffinietur pħia *Diffō pythagore de pħia.* ſic. Pħia eſt vt Cicero interpretatur ſapientię ſtudium.

Cepit autē hęc phīę appellatio a Pythagora. Qui qui dem primus ſuperioꝝ tempoꝝ caſtigauit errores. Naʒ quuʒ ante eum omnes ſapientē nominarent, quicunq̧ artem aliquam recte pertractaret. Quorū numero fuit Archilochus quum dixit. Et gubernator ſophos, ſo phos poeta. Vir ſcientiſſimus ac deo plenus, quum in telligeret ſolū illuʒ vocari debere ſapientē, qui ſummā ⁊ ſapientiam ⁊ perpetuā rerum omniū cognitioneʒ ha beret. Non ſe Sophon ſapientem, ſed philoſophon. i. ſapientię ſtudioſum appellari voluit. Quum autē per ſpexiſſet, alios de grāmatica, de rhetorica alios, Alios de naturalibus rebus quęſtionem habere, grāmaticos, rhetoras. phyſicos, propterea nominibus appellandos eſſe cenſuit. Eos vō qui diuinarū rerum contēplatione animū exercerent. Pħos. Ipſumq̧ eoꝝ ſtudium philo ſophiam. i. diuinę ſapientię amorem. ℂ Sunt autem ⁊ aliꝫ phīę diffinitiones, ſed ⁊ hę ſufficiunt.

QVONIAM vō in oībus re bus quęri ſolet, in quot partes diuidanť. Neceſſariuʒ q̄ deʒ eſt, vt ⁊ nos hoc loco de ipſius phi loſophię diuiſione dicamus, ac primuʒ quid ſit diuiſio, q̄d ſupradiuiſio, ac ſub diuiſio. Diuiſio principaliter quidē eſt integrę rei inci ſio. *Diuiſio.* Supradiuiſio diuiſę rei ſectio. verbi gratia diuidať *Sub diuiſio* animal in rationabile ⁊ non rationabile, ideſt diuiſio. Rurſus in ſuperceleſte ac terrenū. Mortale ⁊ immorta le, ſupradiuiſio. Subdiuiſio autē eſt diuiſę rei ſpecierū partitio. Species vō eas nūc intelligimus quę ſunt ſub alternę, hoc modo. Superceleſtium aliud eſt fixum, aliud vō vagum atq̧ errans, hic nūc ſuperceleſte ſpecies ani malis, ſubdiuiſum. ℂ Diuidiť auteʒ pħia diuiſione ſu prema, vt nōnulli voluerunt, in duas, vt pleriq̧ in tris partes, in contēplatiuam, actiuam, ⁊ rationalē. Quę res an ſic ſe habeat videamus. ℂ Quādoquidē omnia re ruʒ omniū principia ſunt a diuinis, ⁊ vt ait ille, ab Ioue omnia. Iouis indigemus omnes. Merito quidē theolo gicuʒ genus primū. Poſterius vō naturale, q̄ꝙ̄ qua ad nos q̄ cognoſcere non poſſumus quę ſunt in intellectu, niſi pręcognouerimus quę ſunt in ſenſu. Hoc quidem prius, illud aūt poſterius Mediū vō ſibi ordinem ven dicauit mathematicuʒ, a Platonicis iccirco vt reſidētes in animo ideas fideliter cōtineremus, recordaremurq̧ quę a nobis ſemel eſſent percepta, mathematicis demō ſtrationibus vtentes. Quēadmodum in Menone facit Socrates, ab Ariſtotelicis vō iccirco, vt aſſueſcerim⁹ a corporea ſubſtantia tranſire ad incorporeā, quę quū ſit prorſus ab oculoꝝ ſenſu remota, vim quandā maio rem hʒ, q̄ quę cerniť. Linea quidem hęc quę eſt in hac ſubiecta mā ligni, ęris, aut cęrę, nunq̄ veluti materia ip ſa lignū, ęs, cęraue a nobis perfecte intelligetur. Niſi eā in animū adduxerimus, illic enim altius eaʒ contēpla bimur, vt quę ſe moueatur a materia. Qȯ aūt oīs figu ra in materię ſubſtantiā non tranſeat, vel ex hoc mani feſtū. Licet eniʒ triāgulus in hac cęra ſtatiʒ tranſmuteť, dimoto vno aliquo latere, nō ſimul quidē trāſmutabiť ⁊ cęra. Trāſmutabať aūt. Si amboꝝ ſubſtantia fuiſſet cōmunis vtriq̧. ℂ Sed poſtq̄ nonnulli vt dictum eſt, duas partes fecerunt phīę, contēplatiuam ⁊ actiuā. Nō alienum hoc loco erit, inueſtigare, quam ob cauſam, duas ſolum illas, neq̧ plures neq̧ pauciores. Ac pau ciores quidē fieri nullo modo potuit, vnum ſiquidē in vnum non diuiditur. Quare autē non plures ſed illas ſolum duas, Duę ſunt cauſę. ℂ Prima hęc, quum phi

Phīa ſ trez ſecať ptes pn cipaleo i ſpeculatiuaz pra cticaz ⁊ diale cticā: ſʒ inter ſpeculatiuā ⁊ practicā nō ē ordo eſſentia lis: ſed tñ ad bene eſſe. Hāc opinio nem. iter gre cos olympio dor⁹ hic inter latinos Boe nec⁹ ac Rai mūdus ⁊ Al bert⁹ ſʒ ōcipi unť quā ma the. nō ſit me dia niſi op⁹ ici Terte ipſe met infra fa ct ibi. poſſu mus tñ nos li gneū eneū ac lapideū circu lū triāgulūue aſpiciētes. Et ſic ſubm nul lo pacto nā ſua ē mediās vt ꝗ plures credūt iter ꝗ eſt anonimus interpres. Hu ius opinionis ē Ari. 6. ethi coꝝ cap. 9. ꝗ puer põt eſſe i mathe. pru dens vel ſapi ens minime.

Debile medium. quī deus ipſe mā eſſen mā intelligēdo intelligit inuiſibile mo abſtractiue alr vile fecera.

Phia ī ſpeculatiuā ⁊ practicam.

Hec quoque Simpli. phyſicoꝝ. p° in prohemio vid. q; Themiſ: ⁊ ſi illud phemiū ſit Simp. vid. Alcinoū platonicū in lib. de doc. Platonis cap. p° 2. ⁊. 3.

Diuina nālia mathema.

loſophia, vt dictum eſt, dei ſit ſimilitudo, ac deus duplicem habeat actionem. Notionis alteram, qua cuncta cognoſcit. Alteram prouidentię, qua inferiora gubernat. Iure quidem merito philoſophia diuiſa eſt in contemplatiuam ⁊ actiuam. Per contemplatiuam enim res ipſas intelligimus. Per actiuam vero diſponimus inferiora. Sicq; deo perq̄ ſimiles efficimur. Altera eſt hęc, noſtrarum animarū duplices ſunt actiones. Alterę intellectiuę, vt mens/ratio/ſenſus/opinio/⁊ phantaſia. Alterę vero vitales ſiue appetitiuę/ vt voluntas/electio/animus/⁊ concupiſcentia. ❡ Quūq; per contēplationem perficiatur in nobis virtus intellectiua, per actionem vero vitalis atq; appetitiua, rationabiliter quidē erunt philoſophię partes duę, contēplatiua ⁊ actiua. Sed quū contēplatiuam ipſam diuiſerint in theologicū/mathematicum/⁊ naturale, id quoq; quare ita factum ſit pernoſcamus. Rerum omniū tres ſunt ordines. Alię enī penitus a materia ſeparantur, vt ſunt diuina, Alię non ſeparantur vt ſunt naturalia, eaq; ſpecies quę ſine materia non poſſunt intelligi, vt lignum/oſſa/caro/⁊ eiuſmodi, quęcūq; a natura iterum atq; iterum procreanť corpora. Alię vero ſunt intermedię, quę ⁊ ſeparari ⁊ nō ſeparari poſſunt vt ſunt mathematica, circulus quidē triangulus ⁊ eiuſmodi per ſeſe conſiſtere ſine materia haud quaq̄ poſſunt. Poſſumus tamē nos ligneū ęneū ac lapideum circulum triangulūue aſpicientes, eorum ſpeciem mente noſtra voluntate, ac ſeorſum a materia concipere. veluti cera, quę cum imprimiť a ſigillo, nō materiam trahit, ſed formam. Dicenturq; qua per ſeſe non conſiſtunt, a materia non ſeparari, qua vero ad noſtram cogitationem qua quiduis imaginari poſſumus, ſeparari. Quum itaq; rerum omnium alię penitus ab intelligentia materię ſeparentur, alię non ſeparentur, alię tanquā intermedię ⁊ ſeparentur ⁊ non ſeparentur. haud quidem irrationabiliter, contēplatiua ſpecies diuiſa eſt in theologicum/naturale/⁊ mathematicum, quę ſeparantur enim ſubyciuntur theologico, quę minime, naturali. quę vero intermedię ſeparantur ⁊ non ſeparantur, mathematico. Quod autē ſpecies rerum corporearum a materia ſeparari non poſſint. ⁊ quod mathematica ſeparētur, patet id quidem ex diffinitionibus ipſis. In diffinitione nāq; circuli nulla materia ſuſcipiť ſic, Circulus eſt figura plana, quā vna linea circūſcribit, in quo omnes quę ducuntur a centro ad circūferentiā rectilineę ſunt inter ſe coequales. ❡ At vero quum domus diffinietur, diffiniri ſine materia nullo quidem pacto poterit, ſic. Domus eſt ędificiū quod a cęli nos iniuria defendit, ex cęmento ligniſq; conſtructum. Niſi enim materia aliqua pręceſſerit, nullam vnq̄ ędificiū intelligemus. Ac iure quidem medium eſt mathematicum, quoniam cum minime cuiq̄ liceat, continuo a naturalibus ad diuina trāſire, proficiſci ab his quę nullatenus a materia ſecluduntur ad ſecluſa, nunquā poterimus niſi per mathematica. Mathemata enim iccirco dicta qđ oporteat qui eas diſciplinas perdidicerint, intelligere ſe mox ad diuina trāſituros ſine ſanguine facturos. Etenim ⁊ diuinus Plotinus, ex principe quidem Platone in 7° de republica libro/pagina ſecunda ſic inquit, Tradendę ſunt adoleſcentibus mathematicę, vt aſſueſcant incorporeā naturam, nam ſi a naturalibus rebus continuo ad theologiam deducanť, occecabimus. Vt enim ex tenebricoſis carceribus in ſplendidiſſimā lucē exituri, in ea domo aſſuefacere ſe prius ſolent, quę mediocre lumen admittit. Sic ⁊ adoleſcentuli poſt naturalia, anteq̄ ad theologiam ducantur, mathematicis diſciplinis exercitandi erunt, ſunt enim ad illam hę tanq̄ gradus, quę qua non ſemouentur a materia, iunguntur naturalibus, qua vero ſegregantur, diuinis. ❡ Dicendū mihi nunc eſſet, in quot partes diſtinguantur theologicum ⁊ naturale. Sed quum prolixiores ſint minimeq; ad productionem neceſſarię, preteribimus. Ac de mathematico tantum dicamus. Mathematicum diuiditur in partes quatuor, in arithmeticā, muſicen, geometriā, ⁊ aſtronomiam, arithmetica numerum conſiderat, non illum qui dicitur apud idiotas. Sed ſpeciem ipſam numerorum diuinam, vt quum quęritur quā rationem habeat, ſenarius ad ternarium, aut nonarius ad ſenariū, nōne duplarē ille, hic triplarem, ſiue gręce, ἡμιόλιον. Eſt autem Hemiolius qui ad quem refertur minorem numerū continet, ac eius dimidium. vt ſex ad quatuor. nouem ad ſex. conſiderat item qui a quibus naſcantur. qui ſint integri, qui abundent, qui pares ſeparesue habeantur, cuius generis ea eſſe poterunt, quę Parmenides, quęue tum alibi, tum in Phedone quęrit Socrates, Muſice vero, nihil quidem aliud conſiderat, q̄ chordarū vocūq; concentus, non qđ Plato reycit, ad voluptatē afferendam, ſed tum ad mouendos, tum ad leniendos animorum noſtrorum affectus. Quod quidem declarāt adhuc, delapſę iam e manibus vix ſeruata veſtigia, audientes enim tubam excitamur animo ſtatim vehementius, audacioreſq; reddimur, propter qđ in pręlys ſemper exerceri ſolita. Audientes vero theatralē melodiam fracto animo ⁊ quaſi ſoluto deficimus. ſcitum quidem eſt illud. ❡ Fertur Pythagoras quū forte animaduertiſſet adoleſcentulum quēdam Tibiarum ſuauitate effractum, ac quocūq; tibias inſequentē, iuſſiſſe tibicini ſonum imutaret, ſtatimq;. vbi id factum eſt, ceſſauiſſe in puero affectionem. Quapropter omnia quidem credenda, quęcūq; de diuiniſſima muſica dicunť. Atq; ob id diuinus Plato iuuenes ortatur per Muſicā ⁊ gymnaſticā iter faciant, vt per muſicam quidem excolant animum, corpus vero per exercitationē. Geometria vero conſiderat magnitudines ac figuras. Aſtronomia autē motus aſtroꝝ, ſic enim nūc placet ἐποχὰς interpretari. ❡ Sed age q̄obrē in quatuor diuiſū ſit mathematicum, neq; in plura, neq; in pauciora. Deinceps videamus. Mathematicū circa quātitatem verſari manifeſtū. Quātitas aūt alia cōtinua, alia vero diſcreta, cōtinua quātitas diuidiť in quātitatē quę moueť, ⁊ quę nō moueť, quę moueť alia ſemper, alia non ſemꝑ, quātitas vero diſcreta in quātitatē quę eſt per ſe, ⁊ quę eſt ad aliud. Quātitas cōtinua quę non mouetur eſt terra, circa quā verſatur geometria. Eritq; geometria cognitio quātitatis ꝯtinuę quę non moueť, quātitas cōtinua quę moueť eſt cęlum circa qđ verſatur aſtronomia. Eritq; aſtronomia cognitio quātitatis continuę quę ſemꝑ mouer, cōtinuū aūt id eſt cuius partes in diffinitione cōueniūt cum toto, quātitas aūt diſcreta per ſe eſt numerus qn̄ eū integer ne an abundans, par an impar ſit ꝯſiderauerimus, neq; quicquam aliud qđ extrinſecus aduenit. Pertineret enim ad muſicen. Arithmetica igitur eſt cognitio quātitatis ꝑ ſe diſcretę. Quantitas diſcreta ad aliud, eſt habitus tonoꝝ inter ſe qui maxime per numeros diſcernunť, circa quos verſatur muſica. Eritq; muſica cognitio quātitatis diſcretę reſpectū habētis ad aliud. Diſcretū autē id eſt cuius partes ꝑ ſe cōſideranť, nec dimoueri ſimul pñt. Vñ geometria ⁊ aſtronomia erūt circa quātitatē cōtinuā. Arithmetica vero ⁊ muſice

circa

ad nos ⁊ ordo doc. nā cū pa: ⁊ quo ad nāz ⁊ ordo ꝑfectiōis eſt. p° ordie doctrie a mathe. 2° a ſcia nāli incipere ꝯ hem°. 3° a metaphyſica: ⁊ iō poſt phyſicaꝫ ſiue poſt rez nāliū traditionē di. vt Themiſ. phyſicoꝝ p° ⁊ q: inter mathe. ⁊ phiſiam nālem ⁊ diuinā nō ē ordo cēntialis ſed ad hm ē ecōuerſo vero ordine nāe: hec Ariſto 6. metaphy. 3°.

Diuiſio mathema.

Arithmetica.

Quid muſica.

Notum dig° opa muſicalia.

Quātitas 2e ꝯtinuā diſcretā.

Quid aſtronomia.

Arithmetica

Muſica.

Decipit quā nec ordie doctri. nec nāe ſic ꝓcedere ō hem°. dico duplicē ordinē tm̄ fore eſſentialē ⁊ quo

circa diſcretã. Diximus iam de cõtemplatiua. Nũc vero de altera parte quã actiuã vocauimus, dicendũ.

Actiua phia in quot ſecat partes. Ethica. Oeconomica. Politica.

¶ Diuidit quidẽ in moralẽ, domeſticã, & popularẽ, ſed grece ſignificãtius, in Ethicã, œconomicã, & politicam, quicunqꝫ enim qd recte facit, vel in ſeipſum faciẽs dicitur ethicus, vel in domeſticos œconomicus, vel in rẽpublicam politicus. Quãq̃ nõnulli dicant, qui politicus ſit, eundem poſſe & ethicũ & œconomicũ dici, ſubijciantqꝫ actiue ſolã politicam, ſed male. Pleriqꝫ enim ob inani gloria dominati, Reſpublicas quidẽ recte adminiſtrarũt, ſeipſos vero penitus neglexere, ac nullã ſui ſuarũqꝫ rerum curam habuere. Nõ imerito igit in tres partes a nobis diuiſa eſt, in ethicã, œconomicã, & politicã. Diuidit autẽ vnaqueqꝫ in nomothecticã, ea eſt ferẽdarum legum ratio, & in iudicialẽ. Politicus enim Phs & leges fert ad populũ, & qd iure aut iniuria factũ querit, ex quo vindicãs, bonos afficit premijs, malos vero ſupplicijs. Similiter & œconomicus paterfamilias leges fert ad domeſticos, vindicans que punit ſi a legibus declinarint. Similiter etiã & ethicus ſibi leges proponet hoc modo.

Hec quoque Pythagoras in ſuis aureis carminibus.

In primis venerere deos, venerere parentes,
Et ventri, & ſomno parcas veneremqꝫ repellito,
Atqꝫ animos iramqꝫ tuam frenare memento.

¶ Et quecũqꝫ ſcribit ad Demonicũ Iſocrates. Ea enim morales ſunt leges. vindicabit vero ſeipſum, ſic.

Non mollem captare decet tua lumina ſomnum,
Ante recenſendo q̃ ter tua facta probaris,
Quo veni: quidnam potui feciſſe: quid actum eſt:
Ordine cuncta ſuo memorans, ac mox tibi ſiquod
Turpe malum occurret, doleas, letaris honeſto,

¶ De œconomico autem & politico oportunius fortaſſe alias. Nunc pauca quedã de Ethico, ἦθος vnde Ethicus, qd noſtri dixerũt morẽ, nihil aliud eſt q̃ hois ornamẽtum ac pulchritudo, pulchritudo cuiuſlibet rei eſt perfectio. Perfectio aũt ois fit ex priuatione rerum vitioſarum, exceſſus. ſ. atqꝫ defectus, quibus cõſtat turpitudo, nam ſi turpẽ dixeris cui mẽbrũ aliqd defuerit, dices & turpẽ eum qui pluribus abundarit, quales apud Apollonium gigantes. Turpitudo enim cõtraria pulchritudini. & quã vel exceſſu vel defectu impfecta eſt, cõtraria erit & perfectioni. Perfectio igit ois, quã cõtraria, contrariarum rerũ priuatione pficiunt, omnino cõſtabit obſeruatione turpitudinis.

Quid ethic & ei aduerſo ne oignũ eſt.

Laus phie.

¶ Hec de diffinitione & diuiſione ipſius phie ſummatim quidẽ a nobis dicta ſint. Diuia certe eſt, atqꝫ ab omnibus q̃ maxime expetenda. Sed preclare de ea dictum, ferunt. Tale tantũqꝫ bonum, neqꝫ iam perueniſſe, neqꝫ vnq̃ ad homines peruenturũ. Nunc aũt ad ea que ad ppoſitũ magis pertinere videbũtur, deueniamus.

Vñ orta phia ſit.

QVVM intellexiſſent phiam omnium rerum vti res ſunt eſſe cognitionem, ceperũt inueſtigare Phi, quo pacto in eã ipſam rerũ omnium cognitionẽ puenirent. Qũqꝫ aiaduertiſſent particularia cũcta generari atqꝫ corrumpi, eorũqꝫ ob id experientiã haberi non poſſe, ſcientiãqꝫ ſempiternarum certarũqꝫ rerum eſſe, atqꝫ id qd cognoſcẽdum eſſet a notione cõprehendi oportere. deduxerunt ſe a particularibus ad vlia, que videbãtur eterna & definita, ſciẽtia nãqꝫ a grecis, παρὰ τὸ ἐις ἐπίςασιν ἡμᾶς καὶ ὁροντικὰ ὠράγειν τῶν πραγματῶν, vt in Cratylo interpretatur Socrates, ideo dicta latine, qd nos incertiſſimũ quẽdam rerum ſtatum finẽqꝫ perducat. Exquiramus igitur quo progreſſum hunc fecerint a particularibus ad vniuerſalia. Quum intelligerẽt verbi gratia in hominibus, haudquaq̃ oportere quotquot in mundo homines eſſent a ſe dignoſci, a particularibus cunctis hominibus, deuenerunt ad vlem hanc hominis naturã. Animal rationale mortale. Nam qui id nouerit, noſcet quicũq̃ ſunt, fuerũt, aut futuri ſunt homines. Eodem modo a particularibus equis, deuenerũt, ad vniuerſalem equi naturam, que omnes cõplecteretur hanc. Animal quadrupes hinnibile, non enim neceſſarium erat Pho, ſcire qui flauus eſſet, qui maculoſus, qui giluus, ſed vlr tãtũ quid eſſet equus. Vniuerſalia nãq̃ ſemper eodem modo, nec nũc hoc rurſus alio atq̃ alio queadmodũ particularia. Alia quidẽ eſt natura flaui, alia maculoſi, alia & giluĩ, ſicuti alia Platonis, alia Socratis, alia & Alcibiadis. At vero vniuerſalia homo & vlis equus, non ita, ſed ſemper eodẽ modo equus erit animal quadrupes hinnibile. & homo animal rõnabile mortale.

Vlia ſemper manere eadẽ particularia vero minime.

¶ Porro quum cõſideraſſent varias ac prope infinitas id genus animalium ſpecies, deuenerunt in cõmunem omnibus cõitatẽ, animal. Animal enim & hõ & equus. ¶ Item ab hac ficu/platano/vite/ceteriſq̃ arboribus. deuenerunt, ad vniuerſalem ficum/platanum/vitẽ/quas adduxerunt in cõe his oibus genus plantam. Habebãt ergo has duas cõitates animal & plantã, que qui noſſet, omnia que continentur ab eis nouerit. Item & animal & plantã duxerunt ſub animans, animantes enim ſunt & plante, ſiquidẽ augẽtur nutriũtur, ac ſibi ſimile gignũt, quum vero animãti opponeret id qd non eſſet animans, vt ſunt lapides/ligna/& eiuſmodi, quorũ pleraq̃ poterant nobis eſſe incognita. deuenerunt a particularibus lapidibus ad vlem lapidẽ, & a particularibus lignis ad vle lignum, que adduxerunt ſub cõmune genus nõ animans, a quo ſinguli & lapides cõtinerent & ligna. Sicq̃ habuerunt & has alteras duas cõitates animans & non animans que adduxerunt ſub corpus. Item a demonibus animabus & eiuſmodi que corporibus vacant, deuenerũt in cõmune genus incorporeũ qd corporeo oppoſitum videbat, nã q̃ vt tripliciter illud dimetiri, & in partes ſecari põt, ſic neq̃ dimẽſurabile hoc, neq̃ vllas in partis diuiſibile. Item querentes quid cõmune eſſe poſſet corporeo & incorporeo, inuenerunt ſubſtantiam, que vtrũq̃ cõplecteret, Aeque enim ſubſtantia eſt corporeum vt lapis/lignum/& eiuſmodi atq̃ incorporeum vt ſunt anime demones deus. Item quum intellexiſſent, ſubſtãtias rem quãq̃ ſubiectam ſignificare, eſſeq̃ eis cõtraria, que non per ſe, ſed in alijs cõſiſterent vt eſt albedo/nigredo/& eiuſmodi, inuenerunt cõe his omnibus genus accidens, ſub quo cõtinerẽtur.

Accidẽs non niſi in ſubſtãtijs ſuũ eẽ habent.

¶ Quecũqꝫ igitur per ſe cõſtiterint, vt homo/lignũ/lapis, Subſtantie, que vero cõtra non niſi in alijs, vt albedo nigredo, Accidentia vocabũtur. Num ergo oia que ſunt, ex ſola ipſa ſubſtantia cõprehendẽtur: Itaqꝫ rerũ omniũ cognitionem a Pho haberi poſſe dicemus: minime. Erant nãqꝫ adhuc duo/tria/quatuor/decem/& viginti, que adduxerunt ſub cõmune genus, numerum. Item aliud paruũ, aliud magnum, que adduxerunt ſub cõtinuum, cumqꝫ numerus & continuũ quãtitates eſſent, vtrũqꝫ enim vt docuimus quantitas, adduxerunt ea ſub vle quantum. Sicqꝫ habuerunt generaliſſima duo, ſubſtantiã & quãtitatem.

Subſtãtia & accidẽs ſũt gñaliſſima.

Item erat quoddã album nigrum & id genus multa, que particulariter inſunt pluribus, vt albedo in ceruſa/& niue/& cygno. nigredo in ethiope & coruo. Inuenerũt vniuerſalẽ albedinẽ & nigredinem. quas ſub cõe vnum his oibus genus adduxerunt colorẽ. Item & dulce/& amarũ/calidũ/ac frigidum, q̃ adduxerunt ſub cõe oibus genus quale. Quale aũt id eſt, ex quo qui id ſuſcipit denominatur, vt ab albedine albus, & a grãmatica grãmaticus.

Qualitas.

Ad aliqd ſiue relatio.

Erat item dextrum ⁊ ſiniſtrū, duplum dimidium, quę adduxerūt ſub cōe his genus dictū ad aliqd qđ ſ. reſpectū haberet alteri⁹ ad alterꝫ. ℂ Erat itē aliud, eē in ſcholis, in foro, in tēplo, quę adduxerūt ſub cōe genus vbi, qđ loci eſſet ſignificatiuum.

Tempus.

Erat itez heri/hodie/cras, quę adduxerunt ſub qñ, qđ tēporis ſignificatiuūz eſſet.

Situs.

Erat item recumbere/ſtare/ſedere, quę adduxerūt ſub poſitionē, qđ ea corpoꝝ ſtatus oīs complecteret̃. Erat item accingi/amari/annulū geſtare, quę adduxerūt ſub habitū, qđ is oēm cōprehenderet ornatus cōpoſitionē. Erat itē verberare/calefacere/ac frigefacere, quę adduxerunt ſub agere. qđ eſt circa aliquid verſari. Erat itez verberari/calefieri/frigefieri, quę adduxerūt ſub pati. qđ eſt ab aliquo alterari. Itaq̃ habuerunt hęc decem genera, ſubſtantiā, quātitatē, qualitatem, ad aliqd, vbi, qñ, poſitionē ſiue ſitum, habitū, actionē ac paſſionem, ſub q̄bus quęcūq̃ eſſent in humanis rebus ꝯtinerēt̃ur. Dicta aūt ſunt a ph̃is, κατηγορίαι, hoc eſt prędicamēta, quod de his quę ſunt ſub ſe vľr dicerent̃. Scripſerat itaq̃ Ariſtoteles libellū de p̃dicamētis, in quo mētionem fecit de his quinque vocibus, genere, ſpecie, differētia, proprio, atq̃ʒ accidenti. quę quum incognitę nobis iaʒ eſſent longa deſuetudine, ⁊ Ph̃i ⁊ boni viri functus officiū Porphyrius, ipſuʒ hunc libellū ꝯpoſuit, docēs nos qd quęq̃ illaꝝ vocū ſignificaret, vt quū hęc didicerimus, multo facilius ea aſſequi poſſimus, quę ab Ariſtotele tradita ſunt de decē p̃dicamētis.

Ab ne?iū eē hunc libꝛuʒ ſʒ vtilē ad libros Ariſto.

Dictuʒ eſt igit̃ quot modis ph̃ia diffiniat̃. Demōſtratū eſt in quot queue vniquęq̃ ph̃ię pars diuidatur. poſtremo ⁊ quō ſub decem generaliſſimas cōitates oīa adducta fuerint declaratum. ℂ Nunc de his dicendū quę a Ph̃is προλεγόμενα, ἤτοι προτεχνολογούμενα ἐπὶ πάντος βιβλίου, appellant̃. Ea v̾o ſunt hmōi, propoſitū ſiue intentio, vtilitas, opus legitimum, nomen authoris, ordo libroꝝ, titulus, diuiſio ꝑ capita, docēdi modus, ⁊ relatio.

Octo ſere cō ſideranda in initio cuiuſcūq̃ libri.

Cōſueuerunt aūt interpretes ea in enarrādis Ph̃iloſophoꝝ ſcriptis ſemꝑ ꝓponere, nō vt ipſi quicq̃ addidiſſe viderent̃, aut aliquā aliā ob cauſam, ſed ſolum ꝓmptiores vt redderent̃ qui legerent, quiue audirent.

Reddi⁹ cāe.

Intētionis.

ℂ Si q̇s eniʒ ꝓpoſitū ſiue ſcribētis intētionem ignorarit, pigreſcet, medioq̃ in curſu ſtabit, velut his accidit qui eo proficiſcunt̃ quo neſciūt. Neq̃ v̾o id ſatis, q̄uis enim ſcribētis intētionē quis nouerit, non tñ ꝓmptior efficietur ad opus aggrediendū, niſi ⁊ vtilitatem quoq̃ꝫ ꝑdidicerit.

Vtilitatis.

Quare poſt intētionē ⁊ vtilitas oñdēda, ac neq̃ id quidē ſatis, niſi legitimū opus eſſe demōſtrabitur eius quē ſcimus ſapiētię ſtudio fuiſſe clariſſimū, veluti Ariſtotelis ⁊ Platonis a quibus nihil niſi qđ vtile, dictuʒ exiſtimamus.

Ordinis.

Sequit̃ mox qđ de ordine, vtrum p̄us an poſterius colloceť, quare ⁊ ordinē declarāt.

Tituli libri.

Pręterea ⁊ titulū, qm̄ ex eo breuiter intentio dignoſci ſolet.

Diuiſionis.

Poſtremo diuiſionē, modū pręceptionis, ⁊ relationeꝫ,

Modiq̃ docendi.

hoc eſt in quā partē ph̃ię referatur, iccirco, vt ſciamus, vbi maxime conferat. Sed age nos quoq̃ huius libelli τὰ προλεγόμενα, dicamus.

Intētio Porphyrij.

ℂ Intētio Porphyrij eſt de quinque vocibus diſſerere de genere/ſpecie/dr̃ia/ꝓprio/atq̃ʒ accidēti, ſub quibus particulariter oēs ſignificatiuę voces ꝯtinent̃.

Vtilitas.

ℂ Vtilis aūt liber eſt ad omnē ph̃iam. docet enim nos quęcūq̃ ſupra ſpēs adueniunt. ex quibus ſuſcipere ſolemus demōſtrationes. Ex demōſtrationibus aūt ph̃ię finē cōſeq̄mur. Vtilis igit̃ ad cōparandū ph̃ię finē.

Opus legitimum.

ℂ Legitimuʒ v̾o eſſe Porphyrij authoris opus ꝑʒ, cū ex ipſa elocutione, tuʒ ēt ex eo qđ ſępius alibi, ꝺ his quę in hoc libro tradita p̄cepta ſunt, mētionem fecit. Alloqtur aūt Chryſaoriuʒ cui ⁊ alios multos dedicarat libellos, ob hanc cauſam. Adoleſcēs erat chryſaorius Porphyrio magr̃o ob ętatis ⁊ ingenij decorē grauſſimus, rogauerat is Porphyriuʒ, de Ætna vt ſcriberet. interim v̾o, quū forte incidiſſet, in Ariſtotelis p̃dicamēta, neq̃ʒ oīno incūbens ꝑſeciſſet quicq̃, ſignificauit id Porphyrio, qui tum illic in Sicilia erat, rogitās ſi qđ pollicitus fuerat, de Ætna ꝑſcripſiſſet. ad ſe mitteret, ſin minus, daret operā quo eū ipſuʒ Ariſtotelis librū percipere poſſet, cui Porphyrius nil quicq̃ grauatus, cōtinuo hunc libellum cōſcripſit, ex principe Platone yſdē fere verbis oīa colligens.

Chorum gręcorū nota vt č. ꝑ̃dicato ſcribitur.

Ex quibus rebus manifeſtiſſime cōſtat, viuo patre legitimoʒ natum, ſuūq̃ʒ heredē huc a Porphyrio iure fuiſſe inſtitutū, nihilq̃ʒ ꝓhibere, q̄n teſtamēto patriā ſponte adire poſſit hereditatē, vt verbis vtar iuriſcōſultoꝝ. ℂ Ordie v̾o hic liber p̄mus, introducit ſiquidē nos ad Ariſtotelis p̃dicamēta, p̃dicamēta de ſimplicibus ſunt rerum vocibus. Simplices aūt de quibus hic agitur voces rōnalis ſunt ph̃ię principia. Primus igitur, meritoq̃ʒ cęteris in ph̃ia libris ꝓponendus.

Libri titul⁹.

ℂ Titulus aūt inſcribit̃ εἰσαγωγή.

Cur introductio inſcribat̃.

ℂ Introductio iccirco q2 tanq̃ʒ aditus eſt, ⁊ via ad oēm ph̃iaʒ.

Dubiatio.

ℂ Addubitarent hic fortaſſe nonnulli cur īdeterminate inſcript⁹ ſit liber. (Introductio) incertum enim grammaticę ne ſit an rhetoricęs, an logicęs.

Rñſio.

ℂ Rñſuʒ his ſit, ſolere nos ſemꝑ excellētiſſimā quāq̃ʒ rem indefinite ꝓnūtiare, atq̃ʒ vti nos quū Homerum aut Demoſthenē ſignificare volumus, poetā dicimus ⁊ oratorē per excellētiā, ita nihil ꝓhibuit volentē ph̃iā ſignificare eo mō dixiſſe. Pręterea. introductio oīs ex ꝯfeſſo vel artis vel ſcię eſt introductio. Sed quum ph̃ia ſit artiuʒ ars, ⁊ ſciaꝝ ſcia, quo mō ſatis digne poterat, q nos ad illaʒ introducturus erat ꝑ quę eā ad cęteras omnis artes ⁊ ſcias ſi vera eius diffinitio, vnius tñ artis introductione libri titulū inſcripſiſſe?

Diuiſio libri in partes.

ℂ Diuidit̃ autem in tres ꝑtes, in p̄ma diſputat de ipſis quinque vocibus.

Prima.

in ſcḋa eas ꝯplicat.

Scḋa.

in tertia docet, quā habeant inter ſe ſilitudinē ac diſſimilitudinē.

Tertia.

Docēdi modū quo vtat̃, facilē ⁊ qui ad erudiendos pertineat adoleſcētulos fore promittit, ipſo ſtatim prohemio, quūʒ dicit, ſe ab altioribus q̄ōnib⁹ velle abſtinere, ⁊ ſimpliciora ꝯſectari.

Cur organū appellet.

ℂ Refert̃ poſtremo hic liber ſub rōnale organū. Organum enim logicam appellat, quaſi inſtrumentū philoſophię. Docet eniʒ quę ad principia demōſtrationis cōducunt. Introducitq̃ʒ nos ad Ariſtotelis p̃dicamenta quę ad logicā ſpectant, logica autē non pars eſt ph̃ię. Sed organū vt alibi demouſtrabimus.

QVVM SIT neceſſarium Chryſaori ⁊c.] Quęcūq̃ʒ in humanis rebus ſunt, oīa ſuapte natura bonum expetūt.

Oē ſub rōne boni expeti.

Oēs vel ſpecie ipſa boni afficimur, boni cupiditate incenſi ſumus oēs, ad id qđ bonuʒ eſt trahimur rapimurq̃ʒ oēs, rerū nāq̃ʒ oium ⁊ origo ⁊ perfectio bonum, malū v̾o qui appetat nemo. ſi q̇s tñ appetiuerit, idipſum expetet tanq̃ʒ bonū. Quare qñcūq̃ʒ voluerimus quēpiaʒ ad aliqd cohortari, ex illa ipſa re bonum futurū eſſe oſtēdemus, qđ ⁊ Porphyrius nunc facit. Nā quū vellet Chryſaoriū ad hui⁹ libri lectionē attentū facere, futurū ex eo bonū oſtēdit.

Duplex bo\[m].

Sed qm̄ duplex bonū, alterū vt finis, vt cū dicimus ſanitatē eſſe bonuʒ alterū vt ad finē, vt cum venā ſecare bonū eſſe affirmamus nō per ſe ſed ꝑꝑ ſanitatem. Neceſſarium hoc loco non dicet̃ potiſſimū ꝑꝑ ſe bonum, ſed ꝑꝑ aliud maius, quēadmodū quuʒ dicimus, ſi ſanus fieri cupis, neceſſarium eſt tibi venā laxari. Refert̃ nāq̃ʒ ad prędicamēta,

ſed breuius

ſed breuius, vel neceſſarium dixit hunc libellum reſpectu maioris boni vtilẽ: vel certe ꝓpter ſe neceſſarium, quum ſine ipſo quę in phĩa tradita ſunt, percipi minime poſſint.

Neceſſarium bifariã ſumi.

¶ Intelligendum autem neceſſarium a Phĩs duobus modis accipi, neceſſarium qđ vtile, vtile autẽ eſt qđ ꝓpter aliud ſumit̃, verbi gratia, lauari, veſtibus ſuccingi. ⁊ neceſſarium qđ ę contrario opponitur vt aiũt poſſibili. verbi cauſa quãdo ſubiectum abſq; eo eſſe nõ poteſt hoc modo, neceſſe eſt quęcũq; pulmonem habẽt animalia reſpirare, ſi volumus vt viuant, neceſſaria igitur eſt reſpiratio, nam ſine ea, quę pulmonem habent animalia viuere nullo modo poſſunt.

Non neceſſarius ſed vtilis liber Porphyrij.

Dicetur itaq; neceſſarius hic liber aut ex priori, aut ex poſteriori ſignificatione, atq; ex poſteriori quidem, minime. Antequã enim Porphyrius cõmentus hanc rem fuiſſet, haud ſane ignorabatur, Phorum ſcripta quid ſignificarent, igitur ex priori, qđ illorum facillimam nobis cognitionẽ efficiant, nũquam ergo ex poſteriori ſignificatione dicetur neceſſarius liber, quoniam illa ſine hoc conſtare non poſſent, ſed ex priori quoniã ſine hoc illa haud ſatis vnquam recte intelligerentur, illud ṽo neceſſarium nõ in ſcripto ſed in ipſa rerum contemplatione intelligendum, neq; enim dixit ſic, quum neceſſaria ſit huius libri confectio, ſed ſic, quum neceſſaria ſit ⁊ ad prędicamentorum traditam ab Ariſtotele doctrinã cognitio generis, ſpeciei, differentię, proprij, ⁊ accidentis.

Libri vtilitas

¶ Hęc itaq; libri huius vtilitas eſt, quodq; diſperſim ab alijs olim dicta fuerant hic collectim habentur, ac faciliorem nobis conciſioremq; illorum intelligentiam pręſtat. Quare non ſibi inuentionem hanc Porphyrius vẽdicauit, ſed quę ab antiquioribus dicta ſunt. inquit. adducere tentabo. ¶ Animaduertendum aũt in proœmio hęc declarari, libri argumentum, vtilitatẽ, ⁊ pręceptionis genus. Argumentũ quum de ipſis quinque vocibus ſe dicturum neceſſario exiſtimat. Vtilitatẽq;, quũ dicit vtilem eſſe non modo ad Ariſtotelis prędicamẽta, verũetiam ad omnem philoſophiam. Pręceptionis genere ſe vſurum oſtendit eo, quod maxime conueniat his qui nunc primum erudiuntur. Neq; enĩ plura adducit ꝙ pertineant ad introductiones, neq; ſcribendo longius ſe extendit, neq; obſcuro vtitur dicendi ſtilo, quibus plerũq; deturbari a ſtudio ſolent adoleſcẽtuli.

Cõiunctio notanda.

¶ Coniunctio autem illa, et, ſignificat nobis non ſolũ ad prędicamentorum doctrinam conferre hunc libellum, verumetiam (vt diximus) ad omnẽ philoſophiã. Rurſus aliter, ⁊ ad prędicamentorũ quę tradita eſt ab Ariſtotele doctrinam inquiens, non ſolũ ſignificauit conferre hunc librum ad eam doctrinam prędicamentorũ quę tradita eſt ab Ariſtotele, ſed ad prędicamẽta etiam cęterorũ, qui de his perſcripſerunt vt Archytę Tarentini, Theophraſti, atq; aliorum. Plęriq; enim Ariſtotelis diſcipuli, ad pręceptoris ęmulationem cõſcripſere. De prędicamẽtis, de interpretatione, ⁊ de reſolutiuis ſyllogiſmis.

Dubitatio.

¶ Addubitarent autẽ fortaſſe nõnulli, in hoc ipſo ſtatim principio, ὄντος ἀναγκαίου. mouerentq; infirmam ſane atq; inconſequentẽ queſtionem alioqui pulcherrimam ⁊ relatu digniſſimam, hoc modo. Ens aut neceſſarium eſt aut poſſibile aut cõtingens. Neceſſarium eſt, qđ ex neceſſitate eodẽ modo ſemper habebit. veluti hoc, dum ſol eſt ſupra terram, dies eſt. Poſſibile autẽ, qđ duas inter ſe contrarias res admittet, vt ſcire ac neſcire, nunquam enim alterutrum ſi ſit, erit ⁊ alterum, tamen potentia id ita eſſe conſiderabitur. Contingens ṽo eſt qđ in actionem dirigitur, poteritq; ita euenire. His igitur ens coęquale non eſt, non enim pro eſſendi reciprocat cõſequentia vt ꝓpriũ ⁊ deffinitio, quę inuicẽ ⁊ ſuppoſita ⁊ prędicata eſſe pñt.

Poſſibile.i. ἐνδεχόμενον

Neceũ poſſ.

Contingens.i. ὑπάρχον.

Contingens.

Subm ſiue ſuppoſitũ.

¶ Suppoſitum autẽ ſiue (vt vulgo aiunt) ſubiectum, id eſt de quo fit ſermo, cui gręce articulus pręponitur vt homo.

Prędicatũ.

¶ Prędicatum ṽo eſt in quo ſubſtantiuum verbum aut actu aut potentia continetur. Omnia enĩ prędicata quum aut nomina ſint aut verba, nominibꝰ quidem continebitur actu ſic, animal eſt, verbis ṽo potentia ſic, loquitur, diſputat. Non enim quo modo dicimus. homo eſt riſibilis, ⁊ riſibile eſt homo, ita dicemꝰ. ens eſt neceſſarium, ⁊ neceſſariũ eſt ens, nihil enim idẽ ex cõmutatione conſequitur, quicquid enim neceſſariũ, admittibile ⁊ exiſtens, illud idem eſt ⁊ ens. ſed non ſi quid ens eſt, idem prorſus erit neceſſarium, admittibile, ⁊ contingens. quin ſi illorum aliqđ fuerit. ſ. potens, non erunt ⁊ reliqua. ſ. neceſſarium atq; inexiſtẽs. Si igitur inęquale ens, admittibili, neceſſario ⁊ exiſtenti. nec ſuppoſitum, qđ non idem ex cõmutatione conſequat̃, erit certe pluris. Cur itaq; Porphyrius, quum ⁊ ipſe in omni prędicato iubeat debere ineſſe vel maius vel ęquale ꝙ in ſuppoſito ac nunquã quid minus. Neceſſarium qđ minus eſt, de eo qđ pluris eſt fecit eſſe prędicatum? Sic, ὄντος ἀναγκαίου. Fatebimur quidem id ita eſſe de maiori qđ eſt minus prędicari nõ oportere. Ens ṽo pluris eſſe ꝙ neceſſarium, minime. Proprie enim ea dicuntur pluris eſſe nomina, quę de pluribus prędicant̃, in multiſq; inexiſtunt, ac per ſe intellecta propriam in ſe exiſtẽtiã habent, vt animal, qđ ⁊ de homine, ⁊ equo, ⁊ cane prędicatur, inexiſtens cunctis, propriãq; per ſe intellectum, in ſe exiſtentiã hꝫ. Dicitur enim ex diffinitione animal ſubſtantia, aĩans, ſenſibilis. ¶ Pręterea. quęcũq; in ſeſe non inexiſtunt, ſed cõmunem pluribus appellationẽ habent vt canis, aiax, ⁊ eiuſmodi, nunquã dicentur pluris eſſe, quia ęquiuocę ſunt voces, non res. Oportebit enim ipſum ꝑ ſe prius exiſtere, ꝙ altero qđ pluris eſſe dicatur, ens ṽo quum in ſe non exiſtat, ſitq; vox duntaxat cõis neceſſario, ei qđ poteſt eſſe, ⁊ cõtingẽti, nunꝙ dicetur pluris eſſe. ¶ Pręterea. Si pluris id eẽ dicant, tanꝙ genus profecto non negabunt. Sed genus eodẽ etiã tẽpore diuiſum continet in ſe ſpecies, iꝫ nihil omnino pręceſſerit, aut ſubſequatur. Neceſſe igit̃ erit, eos confiteri, vno eodẽ tẽpore, neceſſariũ eſſe, ⁊ poſſibile, ⁊ contingens, quo nihil abſurdius. Neceſſarium quidẽ ſemper eſt neceſſariũ, potens autẽ eſſe, ſiue admittibile ⁊ contingẽs, non ſemper ſed aliqñ. Quare ſi ens genus non erit, non erit ẽt ⁊ pluris, quicquid enĩ natura ipſa deſinitũ eſt, particularibus ſi adſit, nullo modo poteſt eſſe genus. ¶ Pręterea. Oĩa aut determinate aut indeterminate proferunt̃, determinationes autem quatuor, omnis ⁊ quidã affirmatiuę, non omnis ⁊ nullus negatiuę. Dicię icirco quoniã ex his determinatur qđ dicimus ſiue vl'r ſiue particulariter. Si enĩ dicamus ſic, omnes homines lucrũ appetunt, idest vniuerſale. Sin ṽo ſic, quidam ſummũ bonum virtutem ꝓpter ſe expetendam eſſe voluerunt. Particulare. Demõſtratum autem ab oĩbus fere Phĩs eſt, particulare indeterminatũ idẽ valere ac particulare determinatũ, vt quidã homo venit, idem ſit atq; hoc, homo venit Et ſi ita eſt.

Dubitatio.

Porphyrius indeterminate quum dixiſſet ὄντος ἀναγκαίου neq; prępoſuiſſet παντὸς vniuerſalẽ determinationem. Suſcepit illud τὸ ὄν. particulariter ac ſi diceret quoddam ens eſt neceſſariũ. Quod quidem, vt ipſi cõfitent̃ ęquiualet neceſſario. Et quidem ſi ęquiuocũ ens tantũ vox non fuiſſet habuiſſetq; in ſe ſubſiſtentiam vt animal, rectiſſime de eo poterat neceſſariũ indeter-

Cur p caſum rectũ nõ dixit quã p genitiuũ tñ a grãmaticis potiꝰ ꝙ a phis cõſideraõe digꝰ.

minare prędicari. ℂ Prętera. Quādocunq; volumus rem aliquam ſignificare, per rectum caſum, ſignificare ſolemus ſic. homo equus. Quando autē rei ipſius partem aliquam, aut qđ circa rem eſt, per genitiuū. Si enim dixero Socratis. Certe vel mēbrū eius aliqđ ſignificari volo, vt manus, caput, vel eorū quę circūſtant aliqđ, vt librum, domū, & eiuſmodi. Si itaq; dixiſſet Porphyrius per rectum caſum ſic τὸ ὂν ἀναγκαῖον ἐςι. Rē plane ipſam ſignificaſſet. Sed quū dixerit ὄντος ἀναγκαίου per genitiuum, certe vel partē rei, vel aliquid eorum quę rem circūſtant ſignificauit. Cuilibet autem parti eorum quę circa rem ſunt ęquiualet neceſſarium. verbi cauſa. homo idē atq; aliqđ animal, & manus idē atq; aliqđ membrū in homine. Quāuis ergo propriā quis dixerit ens ſubſiſtentiā habere, non tamen redarguendus idcirco Porphyrius qđ fecerit de ente neceſſarium tanꝗ de ęquali ęquale prędicari. ℂ Demonſtrabimus adhuc alia rōne, ens neq; ſupradictorum neceſſarij poſſibilis & cōtingentis, neq; ſubſtantię accidēns ac reliquorum prędicamentorū, poſſe eſſe genus hoc modo, in quibus aliquid prius eſt ac poſterius, qđ communiter de his prędicatur non eſt genus. Genus enim ſpecierū eſt genus. ſpecieſq; ipſę eodem tēpore per ſe ſubſiſtūt: accidens vero poſterius eſt ſubſtantia, quoniā in ea exiſtit poſterius, & eo qđ poteſt eſſe contingens, quoniā in eo habet exiſtentiā. De his igitur ens vt genus nō prędicabitur vniuocę, ſed ęquiuocę. Appareat ſane inquiet aliquis in his prius eſſe ac poſterius, vnde nam id manifeſtum erit, exiſtere in ſubſtātia accidens & in eo qđ poteſt eſſe cōtingens: non inexiſtens. Dimotis nāq; ſubſtantia & poſſibili, dimouebuntur & cū accidenti contingens, ſed ſemotis ab ente in quibus non ſubſiſtit ſpeciebus, ſubſtantia & poſſibili, non ſemouebuntur & reliquę. non enim corrupta ſpecie canis aut equi, corrūpentur & cęterę hominis, equi, bouis, cameli, & id genus, aliorū. Demonſtrata igitur eſt alienę quęſtionis abſurditas ac ſolōnis noſtrę pcinitas. ℂ Verū enimuero adhuc principium rurſus dānantes dicerent ſic. Si ens ęquiuocum, ęquiuocum autē indefinitū, ens igit̄ indefinitum, ac non oportet principium ab indefinito fieri. male igitur. Rńdebimus ens non dici debere ęquiuocū, ſed ab vno aliquo, velut a medicina. Medicinę dicimus librum, & medicinę potionem. Quid autem ſit ęquiuocum, quid vniuocum, quid ab vno aliquo aliquid eſſe, in pdicamētis dicemus. ℂ Quā vero ob cauſam ens prępoſuerit neceſſario. Tribus factum eſt cauſis. prima vt qđ vniuerſalius eſt pponeret, ſecunda ppter elocutionis elegantiam, ſi enim dixiſſet ἀναγκαίου ὄντος non ſic ſonora fuiſſet locutio, ob hiulcę orationis vitium qđ κεκηνὸς vocatur, poſtremo vt a generaliſſimis principiū ſumeretur, ab his enim ſemper inchoandū. ℂ Quęrent pterea cur non dixerit bonū aut vtile, ſed neceſſariū. ℂ Dicemus, q: hęc duo bonū & vtile adhęrent ſibi inuicē. continēturq; a neceſſario, bonum enim, id eſt qđ ppter ſeipſum expetitur, vt felicitas, virtus, vtile vero qđ propter aliud, vt diuitię, qđq; ſi adſit, non penitus ſaluam rem faciet, ſi abfuerit non corrumpet, veluti hęc toga. Neceſſarium autem duplex. vel quod propter ſeipſum expetitur, nihilq; differt a bono, vt ſanitas. vel qđ expetitur ppter aliud, nihilq; differt ab vtili, vt venę laxatio, & potio medicinę, Primo igitur ſignificato quinque vocum neceſſaria cognitio eſt, quoniā nobis, tum ad prędicamēta, tū ad logicam methodum confert. ℂ Dicit̄ autem hoc neceſſarium ſex modis. Neceſſarium vt materia gris ad informandam ſtatuam. Neceſſarium vt rationale in hominibus. Neceſſariū qđ propter ſe fugiendū, ppter alterum vero expetendum, vt venā incidere. Neceſſariū qđ propter ſe eſt expetendū vt ſanitas virtus. Neceſſarium qđ ppter ſe neq; expetendū, neq; fugiendū, vt ſunt quędā pharmaca. Neceſſarium poſtremo qđ propter ſe & propter aliud eſt expetendum. Veluti eſt hic liber.

Cur ens ipſū neceſſario prępoſuerit trib⁹ de cauſis factū fuiſſe cōſtat.

Cur bonum aut vtile non dicit quū neceſſariū dicit. Solutio.

Neceſſariū duplex & quoq; ſupra.

Sex modis neceſſarium dici pōt.

ℂ PRÆFATIO. CAP. PRIMVM.

Cum ſit neceſſarium Chryſaori & ad eam quę eſt apud Ariſtotelem prędicamentorū doctrinā noſſe quid ſit genus, qđ differentia, quid ſpecies, quid proprium, & quid accidens: & ad diffinitionum aſſignationem, & omnino ad ea quę circa diuiſionem & demonſtrationē ſunt: vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione. cōpendioſam tibi traditionē faciens: tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea quę ab antiquis dicta ſunt aggredi, altioribus quidem quęſtionibus abſtinens, ſimpliciores vero mediocriter conſectans.

ARISTOTELES In prędicamētis de generaliſſimis decē vocibus quū pertractaret, ſeparauit eas a differētijs & proprijs, atq; harum quinque vocum ab eo illic mentio habita. Intelligere igitur qđ ſit genus, dīa, ſpecies, propriū, atq; accidēs, ad faciliorē illarū intelligētiā neceſſarium. Vtitur aūt Porphyrius [et] cōiunctione, quū non ſolū ad Ariſtotelis pdicamenta confert, ſed ad ea quę ipſe inferius narrat, ꝗꝗ nōnulli interptentur /et/ dixiſſe, & ad Ariſt. pdicamēta, & ad pdicamēta Archuę vtilē harū quinque vocum cognitionē, ſed iſta dicere mihi eſt abſurdum. ℂ Quare autem ppoſuerit genus dīę ac differētię ſpeciem ſuo loco demōſtrabimus. Nunc vlr de oībus pauca dicamus, de genere, dīa, ſpecie, proprio & accidenti. Non enim ab re quiſpiā rogaret, cur in eum ordinē ſic redegerit has voces Porphyrius: neq; enī videri vllo modo dē, temere id factum. ℂ Huius nos rei cauſam, paulo altius ab initio repetamus. Intelligēdū in oībus rebus quędam eſſe vlia, quędā particularia. Quum vero corrumpi & quaſi aboleri particularia neceſſe eſſet, excogitauit nā generalius qđdā qđ oīa cōplecteret̄ genus, & qđ vniuſcuiuſq; rei formam cōſeruaret ſpēm. ſed quo res planius itelligatur, ordine omnia exponemus, atq; vnūqđq; tanꝗ in exēplo demōſtrabimus Socratē, Platonē, ac cęteros particulares holes ſilr, & flauū, maculoſum, hunc equū & illum vocarunt Phi particularia ſiue indiuidua. Porro quę particularia ipſa cōprehenderēt, vt vlis homo & vlis equus, vocarunt ſpecies. Quę rurſus ſpecies, appellauerunt genera, veluti alal, qđ cōtinet vlem & hominē & equū. quę vero media eſſent, inter ſpecies & genera, dixerunt differentias, vt rōnale & irrationale, qđ alterū differre facerent ab altero. Rōnale enī id dicitur, qđ mentis iudicio ducitur ac ratione, vt hō, & dęmon. Irrationale vero qđ iudicio, ac rōnis eſt expers, vt equus, bos, & ſimilia. Erūtq; particularibus vliores ſpecies, ſpeciebus dīę, differētijs genera. Animal enī diuiſum cōtinebit, rōnale & irrōnale, rationale cōplectetur

Dubitatio.

Solutio.

Quid genus ac ſpecies.

Quid dīa ac rōnalitas & irrōnalitas.

tur hominē ⁊ dęmona. hō Socratē ⁊ Platonē. ¶ Pręterea id qđ alicui ſpēi videbať ſemper hęrere, vt homini riſibile, ⁊ equo hinibile, placuit vt diceret̃ proprium, qđ ꝓprietatē ſuā, intra vnā dūtaxat ſpēm cōtineret. id ꝟo qđ abſqȝ vllo detrimēto videbať poſſe ab eo cui acciderat dimoueri, vt albū nigrū ſtare, ⁊ ſedere, accńs nuncupatū, hęc ꝟo noīa, non vt grāmatici vocabula, aut iuriſcōſulti ⁊ oratores verba, ſed generalius voces appellauere. Quarū alię quidē ſubſtātiuę, alię ꝟo adiectiuę, ħ eſt alię ſubſtātię cohęrent, alię inducunť, cohęrent ſubſtātię, genus, dĩa, ⁊ ſpēs, inducunť ꝓpriū ⁊ accidēs. Vñ non immerito dicta a noſtris ſubalia, qm̃ ex his ſua cuiuſqȝ aīalis ſuba ſignãť, ac eorū vnūquodqȝ fit particeps. exēpli cã, Socrates qua homo particeps erit ſpēi, q̄ rōnabilis eſt, dĩę, qua aīal gñis. Et ȝ Alexandri bucephalus qua aīal gñis, qua irrōnabilis dĩę, qua ꝟo equ⁹ ſpeciei. Reliqua ꝟo propriū atqȝ accńs ſup ſubalia ſiue inhęrētia, qm̃ in ſubiectę ſubę rōnem non trāſferunť. Propriū tñ ꝓximius, accńs remotius, illud eniȝ ſemꝑ in aliquo inexiſtet, ħ ꝟo inibi erit, inibi non. Vocataqȝ etiaȝ ſunt ſeparabilia, qđ ſepari a ſuba poſſint per cogitationeȝ abſqȝ vllo, vt diximus detrimēto. Opouteret enim aliter nigros, non eſſe hoīes, ac ſi quis ridēdi poteſtatē abiecerit, ab humanis actionibus oīno tanq̄ ſibyꝑſt imortuuȝ vacare, quo nihil abſurdius. En igiť quo proceſſit ordine Porphyrius, ꝓpoſuit ea q̄ cohęrēt, his q̄ inducūtur, rurſus ex his q̄ cohęrēt, ꝑ loco ſtatuit genus medio collocauit dĩā, poſtremo ſpēm, genus enim vlius dĩa, dĩę ꝟo ſpē. Ex his itē q̄ inducunť, ꝓximius ſubę ꝓpriū accidēti ꝓpoſuit, remotiori. ¶ Sed ꝑcunctabiť hoc loco aliquis. Si generi ⁊ ſpēi opponiť accidēs, cur ergo in genera ⁊ ſpecies diuiſum? ¶ Dicemus, aliud eſſe quū res ꝑ ſe intelligunť, aliud quū reſpectu ad alterū. Qñ enim ꝑ id ſolū quo res eſt, rem intelligimus dicemus vel eſſe ſubam, vel quantitatē, vel eiuſmodi. At ꝟo qñ reſpicimus ad pręˇdicamēta poſt ſubam, non vt per ſe exiſtāt, ſed vt illius egeāt ad ſubſiſtentiam, accidētia nūcupabimus. Itē in oī ꝑdicamēto eſt (ſi longius ꝓſpiciať) ⁊ vlē magis, ⁊ particulare minus. Ex quo minus particularia differunt a magis vlibus. hęc quę vocamus genus, ſpeciē, ⁊ dĩā, vt demōſtrauimus, idē igiť alio atqȝ alio mō ꝯſideratū poterit eſſe ⁊ ſuba ⁊ accńs. Poterit ⁊ diuidi, in genera, in ſpēs, ⁊ in dĩas ſm aliā atqȝ aliam ꝑdicamentoꝝ rationē. [Quūqȝ ad diffinitionū traditionē ⁊ oīno ad ea quę ad diuiſionē ⁊ demōſtrationē pertinent. vtilis horū ſit cōtēplatio.] ¶ Intelligendū hoc loco aliā Ariſto. aliaȝ Platonis eſſe dialecticā. Ariſto. eniȝ probabiles opiniones quinque modis ſectatur, quēadmodum in Topicis diſſeruit. Plato autē quatuor per diuiſionē, diffinitionē, demōſtrationē, ⁊ reſolutionē. Neceſſarius igitur harū quinque vocū cognitio ad Ariſto. pręˇdicamēta, ⁊ vtilis ad dialecticā Platonis, immo ad omneȝ phīaȝ rationalē, cuius quatuor dūtaxat ſunt partes, diuiſiua, diffinitiua, demōſtratiua, ⁊ reſolutiua. Huius ꝟo loci ſenſus latēter ſic intelligendus, ac ſi diceret Porphyrius. hunc libellum non modo ad alioꝝ Phoꝝ ſcripta cōferre. verū ⁊ ſi nulla prorſus extarent ſcripta, certe ad nouā quādam rerū olum inueniendarū rationem, vtilē futuruȝ, ſed ſuo ordine vnūquodqȝ breuiter exponamus. Diuiſiuę partis propriū eſt, propoſitū genus recte in ꝓprias dĩas diuidere ſic. Animal rationale ⁊ irrationale, mortale ⁊ immortale, nō autē ſic. Animal eſt aliud homo, aliud equus, aliud hoc ⁊ illud. Similes enī ſunt qui ita dicunt (vt ait Plato) coquis male ſectātibus fruſtra obſonioꝝ, hoc eſt imperitis rudibuſqȝ hoībus.

Quid accńs.

Accńa ſeparabilia diť quā a ſubeo re ſeparari pñt necdū cogitatiōe quā ſubm ab eis non depēdeat ſed ecōuerſo.

Dubitatio.

Solutio.

Alr⁹ modus Platōis ali⁹ Ariſtotelis i dialectica.

Diuiſionis ꝓpriū.

Diffinitiuę aūt propriū eſt vnicuiqȝ rei qđ ſuum eſt aſſignare. Pręcedit aūt diuiſiua, qm̃ natura prior eſt ⁊ q̄ maxime conficit diffinitiuaȝ. diffinitiones enim oēs ex genere fiunt ⁊ cōſtitutiuis differentijs. ꝟ. g. hominez qs diffinire volens, ex generis diuiſione excerpet quę pertinebunt ad diffinitionē hoc modo. animal diuiſum eſt in rōnabile ⁊ irrationabile, mortale ⁊ imortale. diceť igitur hō, animal rōnabile mortale. Demōſtratiuę proprium eſt ex ꝓpria ſubſtantia rem oſtēdere, non veluti ſolent oratores authoritate perſonarū ⁊ teſtium eſtimatione, ſed vt Plato qui quū vellet in Phędro demōſtrare imortalē eſſe animam ex eius ipſius ſubſtātia ſic rōcinatus eſt, aīa ex ſe moueť, qđ ipſum ex ſe moueť, mouetur ſemper, qđ mouetur ſemper immortale, aīa igiť immortalis, Hęc eſt vera demonſtratio, ſic ſunt res diffiniēdę. hoc ſit ⁊ noſtrarū demonſtrationū perpetuo nobis exemplū, verę quidē demonſtrationes fiunt ex diffinitionibus, at qui diffinitiones rei naturaȝ oſtendunt. Demōſtrationes igiť ex ipſa rerū natura eſſe debebūt, non ex his quę extrinſecus haud neceſſario cōſecūtur. Iure igiť ⁊ tertiū ordineȝ ſibi vendicauit demōſtratiua, hęc ſi quidem diffinitiuę auxilio eget, illa diuiſiuę. Reſolutiuę autē propriū eſt, ꝯpoſita reſoluere in ſimpliciſſimas ex quibus conſtāt partiū rationes, ꝟbi grã, apud grāmaticos, oratio in dictiones, dictiones in ſyllabas, ſyllabę in literas ⁊ elementa, apud Phos ꝟo eos qui rerum naturaȝ indaganť. Homo in caput, manus, pedes, carnē, oſſa, neruos. Hęc rurſus in quatuor elemēta, elementa ꝟo in materiā ⁊ formam. Item ⁊ apud logicos, ſyllogiſmi in enūtiationes quę ⁊ ꝓpoſitiones dicuntur. Enūtiationes in terminos quēadmodum in analyticis docet Ariſto. Iure ergo prima omniū diuiſiua. ſcđa diffinitiua. tertia dmōſtratiua. quarta reſolutiua. ¶ Facta aūt mentio illarū dūtaxat triū, qȝ ad illas potiſſimū vtilis hic liber. Demonſtratio enim omnis, fit ex diffinitionibus, diffinitiones ex diuiſionibus, diuiſiones ꝟo fiunt ex generibus in ſpecies diductis per proprias differentias, de quibus in eo diſſeritur. Item, quia tres illę ſunt inter ſe adalligatę, nec ſeiungi poſſunt, Diffinitiua eget diuiſiuę. demonſtratiua vtriuſqȝ, reſolutiua ꝟo nullius. eſtqȝ cōtraria diuiſiuę. Soluit enim illa vnuȝ in plura, vt diximus. hominez in mēbra, mēbra in humores, humores in elemēta, elementa in materiā ⁊ formā. Hęc ꝟo ex pluribus definit in vno ſic, animaliū, aliud bipes, aliud quadrupes, bipedum aliud ſenſu ſolo agitur, aliud ⁊ ratione. Quod ratione agitur, homo. Item, qȝ qui diuidit progreditur a ſimplicioribus ad cōpoſita, qui ꝟo reſoluit a cōpoſitis ad ſimpliciora. Iteȝ, quia qui reſoluit ꝯtrarius ei qui diffinit, ille enim demolitor eſt ſubſtātię hic fabricator. Iteȝ, quia ſi cōtraria diuiſioni reſolutio, eſt ⁊ diffinitioni, ſiquidē, vt dictū eſt, diffinitio ſine diuiſione fieri non poteſt. Quinetiā ⁊ demonſtrationi quę nō niſi ex diuiſione ⁊ diffinitiōe cōſtabit. Qđ autē reſolutiuā prętermiſerit, nihil id quidē refert. Nāqȝ veluti decliue idem eſt atqȝ accliue, nec differunt niſi ſolo habitu, ita ⁊ reſolutio eadē ac cōpoſitio, tñ habitu differentes, quādo enim a primis principijs aſcenditur ad ſuprema, ideſt ꝯpoſitio. quādo ꝟo a ſupremis deſcenditur ad prima, ideſt reſolutio. Iteȝ cōpoſitio ex ſimplicibus terminatur in re ipſa ꝯpoſita. Reſolutio ex cōpoſitis in re ſimplici, cōponimus eniȝ res ſimplices. reſoluimus cōpoſitas, nam quis in re tenui ſoluenda labor? Et quū compoſitum aliqđ reſoluimus, in plura id certe reſoluemus. Falſuȝ num igitur illud eſt, qui compoſituȝ reſoluit, in vnum ſimplex reſoluere? Nequaq̄.

Diffinitionis Diuiſiua via prior ē natura diffinitiua ⁊ eā conficit.

Demſatiue Demſo Platonis i Phędro aīe imortalitatem.

Reſolonis propriū.

1⁹ diuiſiua. 2⁹ diffinitiua 3⁹ demſratiua 4⁹ reſolutiua Ex qb⁹ cōſtet demſatio.

Diuiſio.

Reſolo.

Habitu tñ reſolo ac cōpoſitio dſtat.

Cōpoſitio.

et proxime accedit magis ad veritatem, dicemus tamē reſolui compoſitum in plura cōtinua, ⁊ qđ vltimū erit, reſolui in vnū. ¶ Sed ſciendū ſimplex in plura componi, non aūt amplius reſolui. vltimus ꝟo cōpoſitū reſolui in continua plura, non autē amplius in ſupremū vnū componi. ¶ Qđ ꝟo diffinitionē quę poſterior eſt, prępoſuerit diuiſioni, ne quid dubites, dicemus. Primum quidē nihil prohibere, quin in ſubiecto quę libuerit ordinare noſtro arbitrio poſſim⁹, deinde quia ad nos ꝑus eſſe compoſita ex diffinitione cognoſci, atq; iccirco nō irrationabiliter diffinitionē diuiſioni prępoſuiſſe. Reſolutionē autē vt diximus ideo fortaſſe pręteriſit, quod eadē videbat̃ ac cōpoſitio, ratione ſubiecti, ratione ꝟo habitus, minor. [Horum contēplatio] .i. cognitio. Solent enim cognitionē ipſam Ph̃i vocare contēplationē. [Compendioſā tibi traditionē conficiens, breuiter introductionis modū quę ab antiquioribus tradita ſunt adducere tentabo.] Eſt nāq; ⁊ alia compendioſa traditio quę gratia cōmemorationis fieri ſolet per capita rerum, eaq; vehementer eſt ⁊ cōciſa ⁊ breuis, atq; iccirco dixit in introductionis modum. [Ab altioribus quidē

Tria fere perterrentia adoleſcentes. qōnibus abſtinēs.] ¶ Tria ſunt quę pigriores efficiūt, ac deterrent adoleſcentulos a ſcriptis aliorū. prolixitas operis, obſcuritas orationis circa verboꝝ interꝑtationem, ac profunditas ſententiarum, a quibus omnibus, quaſi alliciens ad ſe auditorē Porphyrius, libellū hunc ſuum longe abeſſe oſtendit, non fore prolixiorē ſignificat, quū dicit [breuiter] dictionis obſcuritatē non habiturum, quū dicit [in introductionis modum.] quū autem dicit. [Ab altioribus quidem abſtinens qōnibus.] declarat eum prorſus cariturū ꝓfunditate ſentētiarū. Itē quū dicit [ſimpliciora] oſtendit facilitatē, quum dicit [mediocriter cōiectans] docet dictionis breuitatē ac

Ad amicum ſuum. modum. [Simpliciora ꝟo mediocriter coniectās.] nō ad rem ipſam retulit. Ph̃oꝝ enim eſt omnia per certam ſcientiam ac non per coniecturas demonſtrare, ſed ad chryſaorium, ac ſi diceret perſequens chryſaori ea quę maxime videbuntur ad te inſtituendum pertinere. Nā vt dixi quod docent Philoſophi, non per coniecturas docent, ſed per veras demonſtrationes.

¶ Mox de generibus ⁊ ſpeciebus, illud quidem ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint. Et ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint, an incorporalia. Et vtrum ſeparata, an in ſenſibilibus poſita: ⁊ circa hęc cōſiſtentia, dicere recuſabo. altiſſimum enim eſt huiuſmodi negotiū: ⁊ alterius maioris egens inquiſitionis.

¶ Pollicitus fuerat cōpendioſam Porphyrius ſe facturum diſciplinam, aperta dictione vſurum, ⁊ profundiores quęſtiones poſthabiturum. Ne quis autem diceret, non eſſe profundam ſatis de his rebus quęſtionem, vo

Diuiſio earū. luit ex his latenter nobis ſignificare, id ita eſſe. ¶ Sed age, quo res ipſa manifeſtius intelligatur, breuiter pauca dicamus. Rerum omnium quę ſunt, alię perſiſtunt, alię in ſola notione inſunt, earum quę perſiſtūt, alię corporeę, alię incorporeę. Incorporearum, alię a corporibus poſſunt ſeparari, vt rationalis anima ⁊ dęmon, alię non poſſunt, vt albedo, nigredo, ⁊ brutorū animę. Earum rurſus q̃ per ſe in noſtra notione inſunt, alię prius, alię poſterius, in anima genitę, rerum omniū alię perſiſtunt, alię in notione noſtra inſunt, quę intelliguntur ⁊ perſiſtunt, quę non intelliguntur, nequaq̃. Sed ceſſante notione ceſſant ⁊ ipſę, vt hippocentaurus, hircocernus, ⁊ eiuſmodi. Non enim tales vſquā extant, ſed videntes ⁊ equum ⁊ centaurum conformamus ipſi nos cogitatione noſtra quoddam ex vtroq; compoſitum quod dicet̃ hippocentaurus. Similiter ex hirco ⁊ ceruo imaginabimur compoſitum quoddam quod dicetur hircoceruus. qui ⁊ vere erit hircoceruus. ¶ Neq; enim audiēdus Antiſthenes, qui ponebat genera ⁊ ſpecies rerum in nudis notionibus. Equū inquiens video, equinitatē non video. hominem video. humanitatem non video, vir ſolo vix ſenſu viuens bruto. non poterat ſeſe altius attollere, neq; quicquā aliud q̃ quę ante oculos humi ſtrata eſſent intueri. ¶ Rerū quę perſiſtunt, alię corpo- Alioꝝ opīo.
reę, alię incorporeę. Negabant hoc alij, alij affirmabāt. eorū qui affirmabant, alij ipſa dicebant eſſe corporea, alij tantū incorporea, qui dicebant corporea, in ea ipſa opinione omnes permanſerunt, qui incorporea, q̃ incorporearum rerum alię vt dictū eſt per ſe perſiſtūt, vt dęmon deus. alię in alteris, vt albedo, nigredo, figura, ⁊ eiuſmodi. Aliqui dixerunt per ſe eas exiſtere, alij in his q̃ ſenſibus perciperentur ineſſe. ¶ Rurſus, poſtquā hęc quę ſunt in his quę ſenſibus percipiuntur corpora, vel penitus cōmiſcentur, quemadmodum in ceruſſa albedo, vel ſuperficie continētur ſola, quemadmodum ſphęrica figura, aliqui ea penitus cōmiſceri aſſeuerabant, aliqui in ſuperficie ſola apparere. Cęteri ⁊ circa ea contineri quę υφεστῶτα vocantur. nos circūſtantias dicere poſſumus, loco ac tēpore. Tales igitur quum fuiſſent de hac re diuerſitates, potius quidem erat de generibus ⁊ ſpeciebus vt quęreretur, ſint necne. Et ſi Antiſthenis opinio.
ſint, an in ſola notione permanerent. Quemadmodum Antiſthenes opinabatur, qui tamē quum deꝑhendiſſet perſiſtentia eſſe, inueſtigare amplius non potuit corporea ne eſſent an incorporea hęc quę perſiſterent. quādo quidem alteram diuiſionis partem abnegabat, ſed fac quo vis modo deꝑhenderit incorporea ea eſſe, non potuit iam rurſus inueſtigare, an inſeparabilia prorſus eſſent a materia, an cēnt in multis, an ⁊ poſſent a materia ſeparari. ¶ Verū quo hęc ipſa manifeſti⁹ intelligant̃, Exēplū pulcherrimū ac notatione dignum.
tanquam exēplum ſubijciamus. neq; enim temere atq; imprudenter hoc dictū videri debet, res quę exiſterēt, alij corporeas eſſe dicebāt, alij ꝟo incorporeas. Rōnabiliter quidem vtriq;, neq; ob id inter ſe cōtrarij. neutri a veritate diſſentiunt, hoc pacto. Intelligatur annulus q̃ inſculptam habeat alicuius imaginem, forte Achillis. Intelligātur ⁊ ceruſę multę diſpoſitę, quę ab annulo cōprimantur. mox ⁊ ſuperueniēs aliquis videat ceruſeas, vbiq; animaduerterit, ſcieritq; omnes eiuſdem annuli impreſſione formatas, contineat apud ſe in mente illā annuli impreſſionem. Sigillum illud annulo inſculptū dicetur ante multa. In ceruſis ꝟo efformatum, in multis, qđ ꝟo in illius qui ſuperuenerat mente continetur. ſuper multis, ac poſterius genitum, hoc idem intelligatur in generibus ⁊ ſpeciebus. Opifex enī rerū deus, re- In toto mūdo q̃ oēs ſūt ſpēs cuius ci⁹ cēma ſit cū ꝓducendi res ſ3 grādū ſpēcimō ſ3 ſpēs q̃ ſūt accidētia cuius ſ3 penit⁹ ſūt impoſſibilia.
rum omnium penes ſe ſpecies habet, quas diuinus Plato, ἰδέας, appellauit, facienſq; hominē, habet penes ſe ſpeciem humanā, ad cuius exemplum omnis homines facit. ¶ Sed inſurgent protinus ſophiſtę pernegando vllas eſſe ſpecies apud opificem, ſed audiant hęc, Aut cognoſcit opifex quę a ſe fiūt aut non cognoſcit, ſi non cognoſcit, nihil quidem fiet, ſi quidem nemo facere poteſt quę ignorat, neq; enim dicendum irrationabili potentia agere, ſicuti naturam. ſi cognoſcit ⁊ vt par eſt certa cum ratione agit. fatendum quidē erit pręcognoſcere eum quę facit. ſi pręcognoſcit, negari certe non poteſt,

teſt, ineſſe in rerum opifice rerum ſpecies. Sunt autē huiuſmodi ſpecies in opifice, veluti in annulo typus ac ſigillum Achillis. dicenturq; ante multas, & a materia ſeparatę. ſpecies autem ſingulorū hominum, veluti cerulę ſigillo efformatę. dicēturq; in multis & a materia non ſeparatę. at ſpecies illa quā in ſingulis hominibus eandē eſſe vidētes, colligimus in mēte, veluti is qui ſuperuenerat, ſuper multas ſiue poſt multas & poſterius generata. poteritq; & a materia ſeparari & non ſeparari, ſeparari quia in anima exiſtit non in corpore. Non ſeparari, quia per ſeſe penitus ſe moueri non poteſt, quēadmodum ſpecies quas poſuit Plato. Non enim voluit, vt diſcipulus Ariſtoteles opinatus eſt, & pleriq; omnes peſſime interpretantur. Spēs eas ſimpliciter eſſe intelligentias, ſed quaſdam tantūmodo eſſentias intelligibiles, quas tanq; pictas tabellas inſpiciens mūdi opifex, inferiores has ſpecies facit. Hęc itaq; Porphyrius quęrere recuſabo, ne ſpecies ſeparentur a materia, vt quę ſunt in opifice, an non ſeperētur, vt quę ſunt in multis, an ſint poſt ea quę ſenſibus percipiuntur, hoc eſt ſuper multis, proſſus inquit recuſabo. ¶ Sciendū eſt autē in his videri Ariſtotelem ac Platonem non conuenire, Ariſtoteles eas dixit nō ſeparari poſſe a materia. Plato vero ſeparari. Differant autem inter ſe Philoſophorū opiniones vel non differant, non eſt hoc loco diſputandum. Mihi quidem Ariſtoteles videtur, non niſi naturaliter eas intellexiſſe. diuinus autem Plato, diuine.

Nota philoſophi dictū.

Differētia inter Platonē ac Ariſto.

Cōcordia inter tantos viros.

Vlla ſine ſpecies materiā ſepant a ſingularib⁹ ſm rem exiſte: vt dicūt Latini vt Alex. ſm ſubſtantiā: quia ſūt in reb⁹ & ſeparantur preter ſingularia eo quod nos etiā vel po⁹ illas ītelligimus vt ſi quo rōnes repſentauerſſes nec in hoc diſcrepat diu⁹ Plato ab Ariſt.

Laus virius q3 Phi.

Plures ſermonū modi.

¶ Illud vero quemadmodum de his, ac de propoſitis magis logice antiqui tractauerunt, & horum maxime Peripatetici: tibi nunc tentabo monſtrare.

¶ Pollicitus fuit Porphyrius libellum hunc fore vtilem ad Ariſtote. prędicamenta, idem & nunc confirmat. dicit enim ſe de his non theologice, aut naturaliter, ſed potius logice locuturū. ¶ Logices vero quę modo rōnalis modo ſermocinatiua dici poteſt, tot ſunt ſpecies, quot & modi ſermonum, ſermonū autem modi plures. Enunciatiuus, Optatiuus, Vocatiuus ſiue compellatiuus, Imperatiuus, Interrogatiuus. Sunt & alij plures, ſi diligenter inſpexerimus, ſed ad cōmemorandū non neceſſarij, non enim de omnibus hic agitur, ſed de ſolo enuntiatiuo, quippe quia is ſolus eſt intellectiuę animę nuntius. reliqui concupiſcibilis. nam qui optat alicuius rei voto optat, & qui vocat alicuius rei cupiditate vocat. Similiter & qui quouis modo quēpiam alloquitur. Item quoniā is vel ōinu verus eſt, vel falſus, veluti quum dicitur anima mortalis eſt, hic nāq; vel veritas ineſt vel falſitas, reliqui vero neq; veritatem oſtendunt, neq; falſitatem. ¶ Enūtiatiuus autem ſermo eſt ille, qui rem vel eſſe vel non eſſe oſtendit. Cōtinetq; in ſe duo, ſuppoſitū & prędicatum. Suppoſitū eſt id de quo fit ſermo. Prędicatum vero qd de eo ipſo dicitur, vt homo eſt animal. homo eſt ſuppoſitum, animal prędicatum. Item anima eſt immortalis, anima eſt ſuppoſitum, immortalis vero prędicatū, λογικώτερον. Poſſumus quidem de generibus & ſpeciebus theologice loqui vt quum quęrimus ſic. Habetne apud ſe generum & ſpecierum comphenſiones deus an non? Item ſic. Vtra nam verior eſt opinio Platonis, qui dicit ideas intelligibiles per ſeſe exiſtere, ac vere primas eſſe eſſentias. an Ariſtote. qui id ſedulo pernegat. poſſumus item & naturaliter ſic. Fortaſſis generū ac ſpecierum natura rōnes habet, non enim quo modo nix per ſe frigefacit, ac per ſe ignis adurit, ita videri & eam ipſam per ſe temere, atq; inconſulto agere, ſed ratione potius, & ſi

Sol⁹ enūtiatiuus rem eſſe vel non eſſe oſtēdit.

quę agit minime intelligat, fortaſſis non habet. Item ſic. Vtrum ſimpliciter vle animal & vniuerſalis homo dicatur eſſe in multis, an non? Vtrum cōmunis quędā ſubſtantia poſſit in ſingulis cōſiderari quum qd ſic conſideratur diuidi minime poſſit, an non? Poſſumus poſtremo & logice de ijſdem ſic. Quę quibus ſupponantur, quę de quibus pdicentur. Prędicātur quidē genera de differentijs ac ſpeciebus, ſed non ęcontrario, ita nāq; coordinata inter ſe ſunt, vt ordinē nunquā cōmutent, primo quidē genus, ſecūdo ſpecies, medio differentia. Et oportet quidē ſuperiora prędicari de inferioribus, ac nō de ſuperioribus inferiora. Si enim dicamus, ois homo aial, verū dicemus, ſin cōuerterim⁹ omne aial homo. falſum, quia ſubiectū eſt inferiori qd erat ſuperius. Item ſi dicemus ſic, omnis equus irrationabilis veri quidem erimus. ſin ęcōtrario ſic, omne irrationabile equus, mētiemur, nam irrationabile hic non debuit eſſe ſuppoſitum equo, quēadmodum neq; homini, vt dictū eſt, animal. ¶ Quū igitur logice enuntiatiua potiſſimum ſpecie ꝯtineretur. Enūciatio omnis ſuppoſitoq; ꝯſtaret & prędicato. Suppoſitū autē & prędicatū haberi ſine generum & ſpecierū cognitione nō poſſent, generaq; & ſpecies pluribus modis cōſiderarentur. De his inquit, λογικώτερον, hoc eſt vt logici potius cōſueuerunt pertractabo, non autē vt theologi aut nāles. [Illud autē quēadmodum de his ac ꝑpoſitis, λογικώτερον, antiqui ꝑtractarūt.] Logice ꝑtractare ꝓprie eſt rerū accidētia quęrere, nāliter, rerū ſubſtātias indagari. Theologice vero, vnde oīa fluxerint, vnde res principiū habuerint perſcrutari. Naturaliter igitur de generibus & ſpeciebus ac reliqs tractare, vt iam diximus eſt quum de his quę in ſenſibus ꝑcipiuntur quęrimus, quēadmodū Ariſt. Theologice autem quū quę in opifice ſunt perſcrutamur, quēadmodū in Parmenide diuinus Plato. Logice vero eſt, quum enūtiatiuas rōnes inueſtigamus, quēadmodum in hoc libro Porphyrius. In omni autē enuntiatione ſunt ſuppoſitū & prędicatum. Suppoſitū autē & prędicatum omne aut eſt genus aut ſpecies aut dīa aut ꝓprium aut accns. [Quēadmodū de his] generibus & ſpeciebus. [Et de propoſitis.] reliquis tribus dīa, proprio, & accidenti, vel potius ſic dicens Porphyrius, de his itellexit genus dīā & ſpeciē, apponēs autē illud & de ꝓpoſitis, reliqua duo, proprium & accidens. [Et horū maxime Peripatetici nūc tibi tentabo monſtrare.] Pho Porphyrius huius diſciplinę inuentionē non ſibi vēdicauit, ſed ex oībus (inquit) antiquis qui de his ipſis logice pertractarūt, Peripatetici q̃ maxime diligētes fuere. ¶ Peripateticorū autē appellationē hinc ortam eſſe aiunt. Solebat diuinus Plato in academia frequenter cū familiaribus deambulando ſe exercere, vt per exercitationē quā magnopere cōprobabat, corpus aptius ad aię ſplēdorē ſuſcipiendū efficeret. Artificis enim opus quale ſit, plerūq; ex inſtrīs dignoſci ſolet. Itaq; q cum Platone in academia erāt, a deambulando ſunt Peripatetici cognominati. Poſt Platonis vero interitū, Ariſtoteles ac Xenocrates diſcipuli gymnaſio ſucceſſere, Ariſtoteles in Lyceo, Xenocrates in academia. Qui Ariſto. ſecuti Peripatetici ex Lycęo dicebantur. qui Xenocratem Peripatetici ex academia. Mox q cum Ariſtotele erāt, obſoleta loci cognominatione, ex actione dicti tm̄ Peripatetici. qui vero cum Xenocrate cōtra, vocabulū ipſum tenuerunt, atq; actionis cognominationē perdidere, vocatiq; Academici. Confecturus itaq; Porphyri⁹, vtpote Platonicus ex his q̃ a Platone dicta fuerant, cōpēdioſam inſtitutionē. Scripturuſq; vtilem ad prędicamēta Ariſtotelis libellum. demōſtrabo

Enunciatio oīs pdicato & ſubo conſtat.

Vñ Peripatetici nomen ſortiantur.

inquit quẽadmodum de his antiquiores pertractarint, ⁊ maxime Peripatetici.[Videtur autẽ.]becẽ ſunt vt iaʒ dictum eſt, generaliſſima genera, ſubſtantia/quantitas/qualitas/ad aliquid/vbi/qñ/ſitus/habitus/actio/⁊ paſſio. Horum ſola ſubſtantia per ſe exiſtit. Reliqua ṽo tanq̃ ipſius ſubſtantię accidentia, cõueniet tñ hęc ipſa generis deſcriptio his omnibus neq̃ dixeris qui conuenire poterit omnibus: quũ inter ſe tantopere differant, quicquid enim acciderit ſubſtantię, quũ. vʒ. tanq̃ genus diuiditur in ſpecies. Illud idem accidet ⁊ reliquis. Diuiduntur enim ⁊ ipſa in ſpecies, tanq̃ genera. Aliudq̃ eſt conſiderare ea, vt ſubſtantię ſunt ⁊ accidẽtia. Aliud vt genera generaliſſima. Quod ipſum eſt cõmune omnibus.

DE GENERE. CAP. II.

Videtur autem neq̃ genus, neq̃ ſpecies ſimpliciter dici.

POSTQVAM Et ꝓpoſitum ⁊ libri vtilitatẽ ſignificauit. Oſtendit q̃ introductionis modũ. quũ dixit ſe ab altioribus q̃ſtionib᷒ abſtinere, ⁊ faciliores velle conſectari. Demonſtrauitq̃ quę altiores, quęue ſimpliciores eſſent. Nunc ad ipſam quã ꝓpoſuerat dictarũ quinque vocum inſtitutionẽ deſcen-
Cur de genere primo. dit. Ac rationabiliter quidem primũ de genere, tum q̃ ordinem habuit primum, tum q̃ plures ſub ſe ſpecies cõꝑhendit. eſt aũt q̃ ſpecies prius genus per cauſam, quãquã ad aliquid ſunt ⁊ genus ⁊ ſpẽs, ſed quędaʒ ſunt ad aliqd in quibus alia alijs antiq̃ora, ⁊ cauſas dicimus vt filio patrẽ, quatenus hoies cãm eſſe, ac primũ aſſerimus, tãetſi ſimul quę ad aliquid ſunt cognoſcant̃ ſeſeq̃ conſtituãt mutuo qua ſunt aliqd. naʒ quę ad aliquid referũtur quędam prius ſubſtantię ſint, neceſſe eſt. Cãm igitur ad aliqd relatoꝝ quã pręexiſtentẽ inuenimus vel tẽpore vel natura per cãm antiquiorẽ dicimus. Ergo in patre ⁊ filio, pater antiquior eſt, quatenus hõ eſt, qđ ipſum ſubſtantia eſt filij ſubſtãtię cõſtitutiua. ob id igitur patrẽ nam dicimus filio grandiorẽ licet ad ſe mutuo dicãtur. Princeps autẽ ſubdito, ⁊ doctor diſcipulo, per ſolam cãm antiquiores, non tẽpore. nam tẽpore poſteriores q̃ſq; ſint ſubdito princeps, ⁊ doctor diſcipulo. Ideʒ igitur in genere ⁊ ſpecie. naʒ genus ⁊ ſpecies ad aliquid ſunt, ipſa ṽo ad aliquid ſubſtãtię ſint prius neceſſe eſt. Genus ṽo non erit q̃ ſpẽs prius per rõnẽ ipſis, ſed per rõnẽ ſubſtãtię cõſtitutiuũ ſubſtãtię ſpeciei. Diuidit̃. n. genus in ſpecies. Omne aũt diuiduũ ⁊ natura prius eſt q̃ partes, ⁊ cõſtitutiuũ. Per ſubſtantię igitur rõnẽ prius genus q̃ ſpẽs. At quęcũq; per ſubſtãtię rationeʒ priora, per cãm ſunt priora. Genus igit̃ q̃ ſpecies prius eſt per cãm, meritoq; quũ antiquius ſit, ſpeciei ⁊ dĩię, ac reliquis ꝑpoſitũ. Simili nãq; ordine ⁊ natura vtitur in oĩ generatione. Primo enim ſemẽ ſuſcipiens, vitale facit. deinde ſenſus ꝑbẽs facit eſſe aĩal, deinde aĩuʒ ⁊ cõcupiſcentiã, facit irrõnabile aĩal, poſtremo ꝑfectã rõnẽ, ⁊ facit hoiẽʒ. Per ſubẽ igit̃ rõneʒ genera ꝑora ſunt q̃ ſpẽs, qua ṽo mutuo inter ſe habitu in alijs coexiſtũt ⁊ dimo-
Dubitatio. uent̃ genus ⁊ ſpẽs, noia tñ. ¶ Sed ſi q̃ſitũ fuerit, q̃re h̃
Solutio. loco de ſpẽ mentioneʒ fecerit, ac nõ ẽt de dĩia ⁊ reliq̃s. Dicemus qđ genus ⁊ ſpecies ſunt, vt diximus, ad aliquid. Spẽs enim gñis eſt ſpẽs, ⁊ genus ſpẽi eſt genus. neceſſeq; in docẽdo q̃ ad aliqd ſunt, docentẽ alterũ meminiſſe ⁊ alterius. Recte igit̃ Porphyrius quũ de gñe loqueret̃, meminit ſimul ẽt ſpẽi. ¶ Vtit̃ aũt regula q̃daʒ Ariſtotelica, quę iubet, eum qui de aliquo ęquiuoco nomine ſub quo plura contineant̃ ſit locuturus, oportere ꝑ̇m, eius ipſius noĩs ſignificationes explicare, deinde in quã ſignificationẽ loquat̃ ꝑmonere. Cõſueuit eniʒ plerũq; ομονυμια. i. ęquiuocatio, obſcuritatẽ atq; erroreʒ ingñare, quũ aliã qui loqtur, qui audit aliã eiuſdẽ noĩs ſignificationẽ accipiã. ṽ. g. ſi de cęleſti cane locutur᷒ dixeris ſic, canis ortu ⁊ occaſu fruct᷒ diſcriminat, niſi ꝑus edocueris, de quo cane loquaris. certe ambiguitateʒ faciet in animis auditoꝝ. Enumerãdę quidẽ prius erant eius ſignificationes ſic. canis alius eſt terreſtris. marin᷒ alius. alius cęleſtis, deinde dicẽdũ, nũc đ cęleſti loquor. qđ idem Porphyrius hic facit. Enumerat quidẽ primuʒ ſignificationes generis, deinde oſtẽdit de quo loquatur. Illud auteʒ [videt̃]non ſomnians dixit, ſed q̃ apparet.
[Simpl'r dici.] ἁπλῶς, ſimpliciter quattuor modis intelligit̃ apud oratores vl'r, ἁπλῶς εἰπεῖν, vt vl'r dicamus, apud Ariſto. Proprie, ἡ ἁπλῶς γένεσις, ꝓpria generatio ſignificat, itẽ immerito. vt quum dicimus ſimpliciter dñs ſeruũ verberat, hoc eſt indigne, nõ ex merito. Significat ⁊ ſimpl'r, hoc ẽ abſq; perplexitate, vt quũ dicimus ſimplex ſermo verus, ἁπλῶς, igitur hoc loco accipit̃ in poſtremã hanc ipſam ſignificationẽ pro ſimplici ⁊ vnica ratione, perinde ac ſi diceret genus quideʒ ac ſpecies pluribus modis dicuntur. Simpl'r 4^or^ modis oĩ.

¶ Genus eniʒ dicit̃ ⁊ aliquorũ quodãmodo ſe habentiũ ad vnuʒ aliqđ, ⁊ ad ſeinuicẽ collectio. Sc̃dm quã ſignificationẽ Romanorum dicit̃ genus ab vnius ſcilicet habitudine (dico autem Romuli) ⁊ multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam (quę ab illo eſt) cognationem, ſm diuiſionem ab alijs generibus dictum. ¶ Dicitur autem ⁊ aliter rurſus genus qđ eſt vniuſcuiuſq; generationis principiuʒ: vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt. Sic eniʒ Oreſtẽ quidẽ dicimus a Tãtalo habere genus: Hylũ auteʒ ab Hercule. ⁊ rurſus, Pindarũ quidẽ Thebanũ eẽ genere: Platonẽ ṽo Athenienſem. Etenim patria principiũ qđdaʒ eſt vniuſcuiuſq; generationis: quemadmodũ ⁊ pater. Hęc autem videtur ꝓ̇ptiſſima eſſe ſignificatio. Romani enim dicũtur qui ex genere deſcendunt Romuli: ⁊ Cecropide qui a Cecrope, ⁊ horum proximi. Et prius quidẽ appellatum eſt genus vniuſcuiuſq; generationis principiũ, dehinc etiã ⁊ multitudo eoruʒ qui ſunt ab vno principio, vt a Romulo. qđ diuidẽtes ⁊ ab alijs ſeparantes: dicebamus omnem illam collectionem, Romanorum genus.

Heraclidarũ Herculis.

¶ Dicit primã generis ſignificationẽ, oſtẽditq; eã ipſuʒ duos habere relationis habitus, alterũ multitudinis ad vnũ, vt Heraclidaꝝ ad Herculẽ quatenus ex hoc dicũtur illi hr̃e genus. Alterũ multitudinis ad multitudinẽ, vt Heraclidarũ iter ſe, quatenus alteri alterius dñr auũculi ⁊ nepotes, illud autem quodãmodo pulchre appoſitum, eorum enim quę ſub eodẽ genere ſunt, alius atq; Pŕia gñis ſignificatio duos hñs relationis habitus.

alius

alius eſt relationis habitus, nã vel auũculi ſunt aliorũ alij vel filij vel fratres ⁊ eiuſmodi. [Heraclidarũ dicit genus.] Dicendo heraclidarũ ſeparat id ipſum ab alijs generibus, Tantalidarũ, Atridarũ ⁊ cęterorũ. ⁊ ab habitu vnius ⁊ a multitudine habentiũ quodãmodo mutuam inter ſe ab illo affinitatẽ, ſm qđ duo rurſus ſuſcipiuntur relationis habitus. Vnius ad vnũ, vt Herculis ad Lycũ, ⁊ cauſę ad cauſatũ, vt patrię ad ciuẽ, vt quum dicimus Platonem genere Athenienſem, Pindarũ vo thebanũ.
Quatuor modis hab. dr. ⸿ Sciendũ eſt aũt quatuor modis dici habitum, reſpectu artis, vt ꝑceptoris ad diſcipulũ. Reſpectu fortunę, vt dñi ad ſeruum. reſpectu electionis, vt amici ad amicum. Et reſpectu naturę, vt patris ad filium, ſuperioꝝ autẽ habitus eſt reſpectu naturę. [Scđm diuiſionẽ
Dĩa inter nãs ⁊ artem in ſignificãdo res eam quę ab alijs generibus eſt nuncupata.] Intelligendum hoc loco naturam rebus omnibus ſignificatiuas voces ⁊ nomina ꝓbuiſſe, vt diſtincte cognoſceremus, hunc vocari hominẽ, hunc bouẽ, hunc equum, Artes vo ſingulas quiddã ſibi proprium ac nouitium excogitaſſe, atqȝ vt apertius res ipſe intelligerẽtur, proprijs rebus atqȝ inſtrumẽtis proprias voces ac nomina impoſuiſſe. Exẽpli cauſa, geometrę cũ multas adinueniſſent triangulorum differentias, aliũ ſ. habentẽ tria ęqualia latera, alium duo tñ, alium inęqualia tria, proprijs vſi ſunt nominibus, vocaueruntqȝ illũ qui tria ęqualia latera haberet iſopleuron, qui duo iſocheles, q vo inęqualia tria ſcalenon, eiuſmodi nominibus vniuerſam eorũ proprietatẽ declarantes. Itaqȝ nomina res ſignificarũt. [Hęc autem videtur in promptu generis ſignificatio.] Paulo obſcurior hoc loco Phs, debuerat nãqȝ prius q̃ ad primam generis ſignificationẽ deueniret, ſignificare de quo genere loqueretur. Verũtamen exẽpla ipſa late declarant. Loqui eũ de priori ac non de poſteriori. Videtur inquit hęc ipſa generis ſignificatio in prõptu eſſe, id eſt nobis notior, ac conſuetudine quadam vſuqȝ frequentior. In promptu autem ac conſuetudine notiorem nobis ſignificationem dicit habitum multorũ ab
Dubitatio. vno, vel multorũ ad multos. ⸿ Sed dubitare quis merito hic poſſet. Quã ob cauſam potius primi generis ſignificationem in promptu dixerit, q̃ ſecũdi. Quũ pręſertim hoc ipſum ſit multo notius naturę. quę ſemper
Solutio. ex vno vnum prius facit q̃ ex multis multos. ⸿ Sciendum ꝙ ſecunda generis ſignificatio, quę eſt qua ad nos ſecũda. Qua ad naturã eſt prima. Primo enim ab Hercule ſit vnus, deinde plures. Prima vo ſignificatio quę eſt qua ad naturam prima, qua ad nos ſecũda. Nam vt ſemel in vniuerſum dicã. Quęcũqȝ ſunt priora naturę, nobis fiunt poſteriora, ⁊ ecõtrario quęcũqȝ ſunt nobis priora. Naturę fiunt poſteriora. Exempli cauſa. Priora naturę ſunt primum materia ⁊ forma. mox quatuor elementa. deinde caro, nerui, oſſa, ⁊ cęterę eiuſdem generis partes. Poſtremo homo. fertur nãqȝ natura ſemꝑ a ſuperioribus ad iferiora. Nobis vo qui reſupine ſemper quę inferiora ſunt aſpicimus, quiqȝ a proximioribꝰ ad remotiora, hoc eſt ab his quę adſunt ad ea quę lõge a corporibus abſunt, deducimur. Primũ cognoſcit homo. deinde ex quibus ꝯponitur oſſa / caro / nerui. mox quatuor elementa. Poſtremo materia ⁊ forma. Quare quę ſunt priora naturę, nobis ſemper fiunt in cognitione poſteriora, ⁊ quę ſunt naturę poſteriora, cognitione nobis fiunt priora. Manifeſtior igitur generis ſignificatio, prima. immanifeſtior ſcđa, meritoqȝ Porphyrius eo modo perdocuit. Etenim in oi ꝑceptione tradẽda prius quę nobis ſunt manifeſtiora. [Et qđ Phorũ genus de quo eſt ſermo vĩ cũ ſupradictis generibus ſimilitudinẽ quandã habere.] ⸿ Dubitabitur forſan, quã Dubitatio.
ob cãm quũ ⁊ alię ſint generis ſignificationes, ſolã hãc enumerauerit, nam qđ ⁊ alię ſint, oſtendit Plato qui genera entis in Sophiſta dixit eſſe. Subſtãtiã, duo quidẽ nomina ſed quę iam in vſuz venerunt, idẽtitatẽ, alteritatem, motũ ⁊ ſtatum. ⸿ Dicemus hoc ideo factum, q2 Solutio.
ꝓpoſuerat, vt ex ſuperioribus patuit, de his ſe potius ſcripturum quę pertinerẽt ad Ariſtotelẽ, q̃ quę ad Platonem. Nec naturaliter quẽadmodum in Phyſicis, vbi inuenitur ſubiectam vnicuiqȝ arti materiam, genus vocaſſe, vt in fabrili ligna, in medicis corpora humana. Et in cunctis naturalibus materiam primam. Sed logice. i. quatenus ad logicam videbuntur pertinere.

⸿ Aliter autẽ rurſus genus dicitur, cui ſupponitur ſpecies: ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. etenim principium quoddã eſt huiuſmodi genus, earum quę ſub ipſo ſunt ſpecierum. Videtur etiam ⁊ multitudinem continere omnem ſpecierum quę ſub ipſo ſunt.

⸿ Tertiã dicit generis ſignificationẽ, de qua agit. Hꝫ Tertia gñis ſignificatio.
aũt ſimilitudinẽ quandã eoꝝ quę prępoſita ſunt. Nam quẽadmodũ prima generis ſignificatio duos quoſdam hꝫ relationis habitus. Multoꝝ ad vnũ, ⁊ multoꝝ inter ſe. Sic ⁊ ſpecies ad genus. Et inuicem inter ſe. Itẽ quẽadmodũ ſecũda ſignificatio hꝫ relationẽ vnius ad vnum, ⁊ cauſę ad cauſatũ. Sic ⁊ genus vnius ad vnũ, vt aialis ad hominẽ, ⁊ cauſę ad cauſatũ [Fortaſſe.] Primi quidẽ nomẽclatores quũ vellent familię diſcernerent, hoc heraclidarũ vocarunt genus. hoc ęacidaꝝ, illud pelopidarum, ad quoꝝ imitationẽ Phi ſua genera nuncuparũt. Nãqȝ veluti Heraclidarũ dictum genus id qđ vniuerſos cõtinet qui ab Hercule ſunt procreati. Sic ⁊ particularũ aiantiũ genus dictũ vniuerſale animal, qđ hoiem / equũ / canẽ / ac cętera ꝯtineret. ⸿ Dixit autẽ [Fortaſſe] cũ addubitatiõe, q2 ambiguũ videbat, vtrũ ne Phi hãc appellationem prius adinueniſſent. An nomẽclatores. Plerũqȝ etenim a nomẽclatoribus Phi. ⁊ a Phis nomẽclatores deꝑhenſi rerum denominationes accepiſſe.

⸿ Tripliciter igitur cũ genus dicatur de tertio apud Philoſophos ſermo eſt, qđ etiam deſcribentes aſſignauerunt, genus eſſe dicentes qđ de pluribus ⁊ differentibus ſpecie in eo qđ quid eſt prędicatur, vt animal.

⸿ Poſtq̃ enumerauit Porphyrius generis ſignificationes. Dicit tertium eſſe genus quod a Phis cõſideratur. [Quod ⁊ deſcribentes aſſignauere.] Dicendum eſt nobis hoc loco quid ſit deſcriptio. Et qd diffinitio. quęue inter vtrãqȝ differentia. Mox ⁊ quare per deſcriptionẽ genus ipſum edocuerit, ac non per diffinitionem, quũ diffinitio ſubiectę rei ſubſtantiam oſtendat, ac propria complectatur nihil de alienis adimat. In omnibus quidem rebus ⁊ vnũ ineſt ⁊ plura. Proinde vnumquodqȝ vel per nomen ſignificatur, vel per orationem. Per nomen vt quum vnũ aliqđ dicimus ſic homo. Per orationem qñ quid multiplex ſignificamus. Sic. homo aial rationabile mortale. Qui ſermo ſi ex his fuerit, quę rebꝰ (vt ita dicam) ſubſtãtialiter inexiſtunt, vocabitur diffinitio vti hoc, homo ẽ animal rõnabile mortale. Sin vo ex his quę adueniunt, deſcriptio. vti hoc, hõ eſt aial,

qđ recte incedit,latos vngues hʒ, ⁊ manibus vtit̃. Aduenıunt quidē hęc atqʒ coincidunt in ſubſtantiaʒ hoīs, ſed non componunt perfecte hominē ſicuti ſuperiora.

Dr̃ia inter diffinitionē ⁊ deſcriptionem.

℄ Differt autem diffinitio a deſcriptione. Quod diffinitio ex ſubſtantia rem oſtendit. Deſcriptio ex accidentibus. ℄ Dicta autem ὑπογραφή. Deſcriptio quaſi σκιαγραφία, hoc eſt vmbratilis pictura, quam vulgo deſignationē vocant. Vt enim quę in tabulis fiunt vmbrę, quid imago ipſa rēpſentet, oſtendunt, nō tamē perfecte, quēadmodū pictura, ita ⁊ deſcriptio quid res ſit docet, non tamē perfecte quēadmodū diffinitio. Eritqʒ diffinitio ſimillima picturę expſſę. Deſcriptio ṽo adumbrantı. Quum itaqʒ omnis diffinitio ex genere ſuſcipiatur ac conſtitutiuis differentijs. Generaliſſimiqʒ generis non ſit genus, ac cōſequenter neqʒ differentia, ex quibus potuiſſet diffiniri. neceſſario quum diffinitionē non inueniſſet, confugit ad deſcriptionē. Semper enim quas non poſſumus res diffinire, deſcribimus.

Cur gñi non ſit aſſignāda diffinitio.

℄ Diffinitionem autē generi cur non aſſignamus multę ſunt cauſę. Primum qꝛ vt ſupradictum eſt de quo loquimur vniuerſale eſt, atqʒ oībus poteſt alijs generibus adaptari, nec vllum habet ſupra ſe genus, ⁊ conſequenter neqʒ diffinitionē quę ex genere conſtat ⁊ cōſtitutiuis differētijs. Conſtitutiuę autē differentię nunqʒ poterunt eſſe, ſi non ſit genus. ſunt enim eę ſpecierū diuiſiuę. Species autē ipſę generum, vt paulopoſt dicetur. cuius quidem non eſt genus nunqʒ ⁊ ꝯſtitutiuę eius erunt differentię. Deinde qꝛ genus ipſum ęquiuocū. Decem quippe modis apud Ariſtotelē dicitur genus. Æquiuoca aūt diffiniri non poſſunt. quiaʒ ſimplices ſint tm̃ voces a rebus quę per ipſas ſignificantur differentes. Diffinitio enim ſolaʒ rei ſubſtantiā oſtendit. Quoꝝ quidem diffinitiones eędem, eorum ⁊ res quoqʒ neceſſe eſt eſſe eaſdem. Non igitur eſt in ęqu uocis cōmunem omnibus diffinitionē aſſignare. Significamus aūt ipſa ꝑ deſcriptioneʒ. Poſſunt enim in his quę per ſubſtantiā differunt, eadeʒ accidentia eſſe. vt in hoc loco. vbi quū multa ſint quę ꝑ ſubſtantiā differunt genera, vnus atqʒ idē omnibus accidit reſpectus ad comp̄hēſas ſub ipſis ſpecies, per quē alia vocant̃ genera alia ⁊ ſpecies. Generaliſſimi igitur generis Porphyrius ideo nō diffinitionem tradidit ſed deſcriptionē, vt omnibus decē generibus id cōueniret.

Dubitatio.

℄ Fortaſſis aūt hoc loco quiſpiā quęſierit ſic. Si ęquiuoca non diffiniuntur, quū tenues ſint voces, ac diffinitio ſubſtātiaʒ ſignificare ſoleat. cur ergo deſcribimus? Deſcriptio quidē ipſa per accidentiuʒ concurſus ſubiectaʒ ſolet ſubſtantiā ſignificare. duci tqʒ nos in notitiaʒ ſubſtantię cui accidunt. Quare vnam ęquiuocorūʒ deſcriptionē aſſignando in ſubiectę ſubſtantię notitiā deuenicmus. Inuenienturqʒ non ſolum nomina, ſed ⁊ res eędem. quo quid abſurdius? inuenientur quidē decem ipſa genera eſſe eadē ſubſtantia, quātitas, ⁊ reliqua, quibus omnibus eſt ęquiuocum genus.

Solutio.

℄ Eiuſmodi ſane dubietas poterat a nobis propulſata videri, quando dicebamus. Poſſe in his quę per ſubſtantiā differrent eadem accidēna eſſe, per quę deſcriptio fieret. Accidit igitur ⁊ decēʒ p̄dicamentis ad ea quę ſunt ſub ipſis eundē reſpectum habere. Nam ſicut ſubſtantia quę corporeuʒ ⁊ incorporeum complectitur, genus eſt harum ipſarum ſpecierum, corporei ⁊ incorporei. Sic ⁊ quātitas duarūʒ ſpecierū continuę atqʒ diſcretę comp̄henſiua eſt genus. Sic ⁊ qualitas ⁊ cętere quę plures ſub ſe ſpecies comp̄hendunt. idem ergo reſpectus omnibus accidet prędicamentis. Neqʒ ṽo mirum eſſe debebit ſi quum diuerſę alicuius ſubſtātię rebus vna dari poſſit deſcriptio. Nō poſſe res ipſas deſcriptas, facere eſſe eaſdem, ſemper enim idipſum de pluribus prędicari, idem ineſt decem generibus, de pluribus inquam non de tot ⁊ talibus. Aliud enim ſi euenerit prędicabitur de quatuor ſpeciebus, aliud de duabus, aliud de hiſce vel illis, omniaqʒ erunt ęquiuocę, ac de pluribus, non autem de hiſce ⁊ illis prędicabūtur. Deſcriptio autē omnis vel ex etymologia ſuſcipitur, vel ex accidentiuʒ concurſu, quę ⁊ proprie deſcriptio dicitur, ex etymologia, ſic, ἄνθρωπος homo, id eſt quod poteſt ἄνω ἀθρεῖν. quę ſuperiora ſunt aſpicere. vel ἀναθρεῖν ἃ ὄπωπεν contemplari ea quę vidit, vel vt alij interp̄tantur ἄνω ἔχον τοὺς ὦπας, Quod ſublimem habet vultum. ex accidentium autem concurſu ſic. Homo eſt animal quod recte incedit manibus vtitur, ⁊ latos vngues habʒ, vt ſupradictū eſt. ⁊ eiuſmodi.

Diffinitio ex quibus cōſtet.

